COMMENTARIORVM
R. P. PAVLI LAYMANNI
SOCIETATIS IESV
REPERTORIVM
ſeu
COMPENDIOSA PER AL-
PHABETICVM ORDINEM
DESCRIPTIO,
IN GRATIAM LECTORIS FACTA

AB

ALIO EX EADEM SOCIE



D I L I N G Æ,

Cum Facultate Superiorum.

Formis Academicis,

Apud Ignatium Mayer.

ANNO M. DC. LXIV.

A
COMMENTARIORVM
IN LIBRVM I. DECRETALIVM
REPERTORIVM,

Abbas.

ABbas habet plenam adminiſtrationem rerum monaſterii. p 105. n. 1.
Ex iure communi independentem à conventu, p. 105. num. 3. Niſi in arduis & præiudicialibus Conuentui. p. 106. n. 5. & 6.

Abbatis eſt pro rebus ſui monaſterii in iudicio ſtare. p. 105 n. 2 Contrariæ gloſſæ ſatisfit. p. 107. n. 10.

Abbatis Procuratorem conſtituere poteſt; non tamen univerſalem ſine conſenſu Conuentûs. p. 105. n. 2.

Abbas irrequiſito Conventu poteſt corrigere regularem ſubditum. p. 105. nu. 3. ordinare neceſſaria ad cultum Dei & bonum Eccleſiæ. ibid

Abbas minùs à Conuentu, quàm Epiſcopus à Capitulo pendet. p. 105. n. 3.

Abbas non poteſt bona Conuentûs abſq; eius conſenſu alienare. p. 107. n. 10.

Abbas ſubiectus Papæ aut Epiſcopo non poteſt ſine eorum licentia renuntiare ſuæ Eccleſiæ p. 103. n. 2.

Abbatem ut Epiſcopus ſine capituli conſilio deponat, conſuetudine obtineri poteſt. p. 203. n. 1.

Abbatis in Epiſcopum electio eſt quodammodo poſtulatio. p. 217. n. 4.

Abbates exempti; & non exempti à quo debeant confirmari? p. 239. n. 3.

Abbates aliique Presbyteri in dignitate cum Epiſcopo ſufficiunt ad conſecrandum Epiſcopum. p. 252. n. 6.

Abbas Regularis beneficia vacantia intra ſex menſes conferre debet. p. 262. n. 7.

Abbas aut Prælatus ex alio ordine non poteſt eligi, ſed tantùm à Papa poſtulari. p. 271. n. 8.

Abbas benedicitur, vt ea, quæ ordinis ſunt, exerceat. p. 277. n. 3 ante benedictionem poteſt exercere, quæ ſunt iuriſdictionis. p. 278. n. 4. p 490. n. 2. alicubi etiam ea, quæ ſunt Ordinis. p. 277. n. 4. p. 490. n. 3 quænam illæ? p. 277. n. 3.

Abbas non debet quidem, ſed ſolet die dominico aut feſto benedici. p. 278. n. 5. Semel benedictus non debet iterum benedici. p. 278. n. 6.

Abbas qui eligitur, debet iā ante eſſe profeſſus. p. 334. n. 2. niſi Pontifex, qui ſolus id poteſt, diſpēſet p 336. n. 5.

Abbas Monaſterij ſuperioris an & quando poſſit conſtituere Prælatum in Monaſterio ſubiecto? p 371. n. 3.

Abbas ſi eligatur ad aliam prælaturam, debet licentiā conſentiendi petere à proximo ſuperiore. p 401. n. 4. p. 440. n. 2. intra quod tempus? p. 400. n. 3.

Abbas ad Epiſcopatum non tantùm poſtulari poteſt; ſed & eligi p. 440. n. 1.

Abbatem alium poteſt Epiſcopus inſtituere, ſi Monachi eligant indignum. p. 442. n. 5.

Abbatum reſignatio ægrè admittenda. p. 467. n 3.

Abbas fieri poteſt, qui ex Epiſcopo factus eſt religioſus. p. 475. n. 2.

Abbas renuntiare debet in manu Epiſcopi, p 485 n. 3. ſi exēptus, in manu ſuperioris regularis, vel Papæ. ibi.

Abbates Ciſtercienſium an ad exercenda pontificalia opus habeant benedictione, & cuius? p. 489.

Abbas abſque benedictione exercere ſuum officium poteſt, quando Epiſcopus ter requiſitus eam conferre non vult. p 489. n. 1.
Niſi rationabilem cauſam nolendi prætendat. num. 2. Imò ſufficit quandoque ſemel tantùm petiiſſe. ibid.

Abbatis officium quoſnam & quales actus comprehendat. p. 492. n. 11. Conſiſtit non tam in uſu ordinis, quàm in gubernatione. p. 534 n. 2.

Abbati tribuit confirmatio poteſtatem Iuriſdictionis; poteſtatem Ordinis benedictio. p. 490. n. 2.

Abbatum Confirmatio alicubi nihil eſt aliud, quàm eorundem ſolemnis benedictio. p 490. n. 2.

Abbas ante benedictionem, loco Confirmationis dandam non debet adminiſtrare. p. 278. n. 4. p. 490. n. 2.

Abbatibus quinam actus ordinis Epiſcopalis à Pontifice committi ſoleant? p. 491. n. 6.

Abbates ex priuilegio poſſunt in ſuis Eccleſiis, non extra, dare benedictionem ſolemnem, p 493. n. 12. Si præſens ſit Epiſcopus, non ſine eius licentia. n. 13.

Abbates de iure antiquo Tonſuram & Lectoratum; ſed Acolythatum & exorciſtatum ex conſuetudine tantùm potuerunt conferre. p. 493. n. 13. De iure nouo poſſunt conferre Tonſuram & quatuor Minores ſuis regularibus. n. 14. Si habeant ius Mitræ & Baculi. n. 16. Secularibus, non niſi habeant etiam proprium territorium & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. n. 15. Vel Epiſcopus ſpeciatim de ſingulis ordinādis conſentiat. n. 17.

Abbas qui in ſuis Eccleſiis poteſt cum chriſmate benedicere vaſa & campanas, poteſt id etiam in aliis cum ſpeciali licentia Epiſcopi. p. 493. n. 17.

Abbas vbi reſidet, non poteſt Epiſcopus parochiam monaſterio unitam viſitare, p. 498. n. 10.

Abbates vnius monaſterij non poſſunt eſſe duo. p. 498. n. 10.

Abbas debet fieri Presbyter. p. 527. par. an & quomodo impeditus debeat dignitatem dimittere, p. 528.

Abbas eſſe poteſt, qui nequit fieri ſacerdos, vel adhuc eſt in Minoribus. p. 534. n. 1. & 2.

Abbas benedictus olim etiam ſuis ſecularibus conferre poterat Tonſuram & Minores; non item hodie. p. 535. n. 2.

Abbates olim erant laici. p. 538. n. 2. quanta in iis requiratur prudentia & ſcientia? ibid.

Abbates intereſſe debent ſynodo. p.751. n.3. p.748. n.1. Cum qualibus mitris. ibid.

Abbatis eſt de iure ad profeſsioně. admittere. p.751. n.10. Conuentus id poteſt ex conſuetudine. ibid.

Abbas Vt ſe conferat ad aliam prælaturam vel diœceſin, an Capitulum ſede vacante dare poſsit poteſtatem? p 752 n.12.

Abbas, an & quomodo poſsit tranſigere ſine Capituli conſenſu? p 771. n.2. an ſi data ſit poteſtas generalis & libera. ibid.

Abbatia.

Abbatia eſt beneficium ſacerdotale. p.254.n.2.

Abbatiſſa.

Abbatiſſa habet rerum monaſterii liberam adminiſtrationem. p.106. n.4.

Abbatiſſa non habet iuriſdictionem ſpiritualem, eius tamen aliquem vſum & exercitium. p.106. n.4. p.447. p 746.n.1.& 2.

Abbatiſſa in ſuas moniales habet poteſtatem non tantùm politicam & œconomicam; ſed etiam ſpiritualem. p.106 n.4 p 746.n.4. Quomodo differat, aut ſeparari poſsit à Iuriſdictione ſpirituali. p.746. n 4.

Abbatiſſa poteſt ſuis monialibus præcipere aliquid in virtute obedientiæ. p.106 n.2. & 3. p.447 n.13.

Abbatiſſæ electæ à quo Confirmationem petere debeant & quomodo? p.240. n.4.

Abbatiſſa poteſt benedici quouis die, eiúſque benedictio iterari. p 278.n.5. & 6.

Abbatiſſa iure ſuo excidit, ſi intra annum à ſua confirmatione non accipiat benedictionem p.278. n.7.

Abbatiſſa ſeu Prioriſſa quot ætatis, & profeſsionis annos olim habere debuerit; & hodie debeat? p. 445. n.1. & 3.

Abbatiſſa ſeu Prioriſſa ſi in diſcordia eligatur, quid de confirmatione, benedictione, vel adminiſtratione agendum? p 447.n.4.& ſeq.

Abbatiſſa & Prioriſſa electa, à quo confirmanda, p.446. n. 1. An & quando benedicenda. p.447 n.12.

Abbatiſſa quodammodo Prælatæ dici poſſunt. p.106 n.4 p.747.n.4. Non poſſunt Cenſuras inferre propriè dictas. p 746.n.1.

Abbatiſſa poteſt Clericos inſtituere & deſtituere quoad beneficia pleno iure ſubiecta. p.746 n.2.

Abſens.

Abſentes longè an ad electionem Prælati aduocandi. p.281. n.2. p.331.n.3.

Abſentes longè ſi fuerint vocati an debeant ad dictam electionis diem expectari? p 281.n.3.

Abſentibus ab electione aliis ius totum eligendi eſt penes præſentes. p. 284 n. 3.

Abſentes ob violentiæ metum aliúdve impedimentum non perſonale ſed reale, poſſunt inhibere electionem. p.293.n.1.& 2. Si non inhibeant, electio eſt valida. ibid.

Abſentes non tantùm intra ſed etiam extra prouinciam vocandi ſunt ad electionem, ſi poſsint. p.330.n.1. niſi illud ferat conſuetudo. p. 330. n. 3. Vocandi ad diem, intra quam venire poſsint. ibid.

Abſens an vocari potuerit, iudicabit in dubio confirmans electionem. p. 330. n.2.

Abſens aut præſens quis cenſeatur in ordine ad præſcriptionem? p.339. n.3.

Abſentes & legitimè impediti procuratorem mittere poſſunt ad electionem. p 349. par. & n.1.

Abſentes cùm ad electionem eunt, an ipſi debeant facere itineris expenſas? p.358.n.3.

Abſens debet apud Gallos è toto regno vocari ad electionem. p 379. par.

Abſens & citatus ad tractandum de die electionis, an & quando citandus iterum ad diem ipſam. p 383.n.2.

Abſens ſi ſciat ſtatutam diem electionis an adhuc ad eam citandus? p.383.n.3.

Abſens ſi poſt apertum ſcrutinium adueniat, non poteſt ſuum ſuffragium ulli parti adiicere. p 384. n.5. An & quando petere poſsit inchoari nouum ſcrutinium. n. 6. Vel ad illud nondum peractum admitti. p.385.n.6.

Abſens ſi electioni ſemel conſenſit, non poteſt eam poſtea quoad perſonam electi impugnare, niſi ex noua cauſa, vel antè ignorata. p. 401. par. ignorantiam iuramento probare debet. ibid.

Abſens ob informandum Romæ de electione, vel aliam Eccleſiæ utilitatem, percipere debet interea integros fructus. p.424 n.1. Non obſtante contraria conſuetudine vel ſtatuto. n.2.

Abſens non poteſt ſuffragiũ mittere in ſcripto; etſi ex Capitularibus procuratorẽ habere nequeat, p.449.n.2.

Abſente Epiſcopo quid poſſit Vicarius? p 598. n.9.

Abſens non poteſt damnari etiam in poſſeſſorio *Rei recuperandæ*, niſi ſit Contumax. p.613. imò nec ſemper ſi ſit Contumax. ibid

Abeſſe cenſetur etiam, qui eſt mortuus. p.675.n.2.

Abſentes an ad alios tractatus vniuerſitatis præter electionem vocandi ſint? p.756.n.3.

Abſens an poſſit in cauſa criminali ſe tueri per procuratorem. p 787.n.1.

Abſolutio.

Abſolui petens ab excommunicatione, an eam fateatur. p.329.n.17.p 661,n.2.

Abſolutio à peccatis bona fide confitenti data ab intruſo curato, vel malæ fidei, quomodo valeat, vel non valeat? p.377.n.5.

Abſolutio Monachorum ab obedientia ante renuntiationem Prælati eſt nulla. p. 485 n.1.

Abſolutio à ſuſpenſione latâ ad tempus, vel ſub conditione requiritur tantùm pro foro externo. p.533.n.1.

Abſoluere in criminalibus poteſt Vicarius Generalis abſque ſpeciali commiſſione; non damnare. p.593 n.2.

Abſoluere à reſeruatis Epiſcopo non poteſt Vicarius Generalis ſine ſpeciali commiſſione. p. 594. n.4. Nec à reſeruatis Pontifici, licet occulta ſint. ibid. Poteſt id ei vel alteri ab Epiſcopo delegari. ibid.

Abſoluere à caſibus Papalibus ſed occultis poteſt capitulum ſede vacante. p.617.n.1.p.750.n.5.

Abſoluendi à caſibus reſeruatis poteſtas an expiret per mortem concedentis? p.627. n.7. an poteſtas abſoluendi ab aliis. p.628. n. 8.

Abſolui ab excommunicatione per quem & quomodo poſſit Actor? p.632.n.6.

Abſoluere ab excommunicatione ad reincidentiam an poſſit delegatus? p.632.n.6,

Abſoluendi à reſeruatis poteſtas alicui delegata an & quan-

& quando poſſit ſubdelegari? p. 643. num. 9.

Abſolutionem ab excommunicatione quomodo delegatus aut ſubdelegatus poſſit alteri committere? p. 645. n. 11.

Abſolui in foro externo quis non debet à cenſura ante ſatisfactionem pro iniuria. p. 651. n. 2.

Abſoluendúſne ante omnia ab excommunicatione, qui eam inualidá aut iniuſtam eſſe contêdit? p. 660. n. 1.

Abſoluendi poteſtatem à Cenſura Canonis præſcripſerunt Legati à latere. p. 690. n. 3. Poſſunt abſoluere quemcunq; ab egreſſu ex urbe uſq; ad reditũ. p. 695. n. 1.

Abſoluere à Cenſura Canonis poſſunt etiam Legati non-à latere; ſed ſuos tantùm Prouinciales. p. 695. n. 2. nomine prouincialium quinam comprehendantur. ibid.

Abſoluere à Cenſura lata per inferiorem, an & quomodo poſſit ſuperior? p. 703. n. 1. & ſeq.

Abſolutionem à cenſura impetrans ſupprimendo verum, vel ſuggerendo falſum, nõ eſt abſolutus. p. 706. n. 1.

Abſolui quis ab una ex pluribus cenſuris poteſt ſine alterá. p. 706 n. 1.

Abſolutio à cenſura plerumq; expreſsè continet eius cauſam. p. 706. n. 1.

Abſoluendus in foro externo ab excommunicatione debet antè præſtare cautionem, ſaltem iuratoriam. p. 712. n. 4.

Abſoluere an & quomodo poſſit Archiepiſcopus excommunicatum ab Epiſcopo? p. 712. n. 3.

Abſoluere excommunicatum ab homine extra articulum mortis, non poteſt niſi auctor, ſuperior, vel ſucceſſor. p. 715. n. 4.

Abſoluendi poteſtas à cenſura Canonis, quibus competat ex officio ſeu iure ordinario? p. 724. prin.

Abſoluendi poteſtatem ex officio competentem potes alteri delegare. p. 724. n. 1. etiam generaliter. n. 2. & non quoad miniſterium tantùm, ſed etiam quoad cognitionem cauſæ. n. 3.

Abſoluere & ligare an & quomodo ſint connexa. p. 755. n. 5.

Abſoluere excommunicatos à iure vel homine poteſt Capitulum ſede vacante. p. 756.

Abſolutio à cenſura per metum extorta eſt ipſo iure irrita. p. 811. n. 6. p. 819. par. & prin. Etiam ab excommunicatione minore. p. 819. n. 3. extorquens ipſo facto excommunicatur. p. 819. par. modo cenſura eiuſmodi fuerit inualida. n. 2.

Abrogatio.

Abrogatio legis adhuc utilis, eſt quidem valida, ſed illicita. p. 56. n. 10.

Abrogando legem per deſuetudinem non uſurpatur iuriſdictio. p. 194. n. 3.

Abuſus.

Abuſus priuilegij inducit eius priuationem quandoque ipſo facto. p. 112. n. 8.

Abutentibus omnibus vel aliquibus Capitularibus iure eligendi, ad quem id deuoluatur. p. 294. n. 4.

Abuſu laicæ poteſtatis fieri electionem quid ſit. p. 350 n. 2.

Abuſus non eſt quod fit cum titulo colorato & bona fide. p. 350. n. 3.

Abuſu laicæ poteſtatis facto electio eſt ipſo iure irrita. p. 350. n. 1. nil iuuante conſuetudine etiam immemoriali. n. 3.

Acceptatio.

Acceptatio eſt actus perſonalis. p. 123. n. 5.

Acceptatio meo nomine ab alio facta valet, ſi ratam habeam, ibid.

Acceptatio beneficij per procuratorem, etſi reuocationis ſuæ inſcius ſit, non valet. p. 132. n. 7.

Acceptatio beneficij an valeat, ſi collationi primo diſſentiens poſtea conſentiat. p. 805. n. 3.

Acceptatio electionis an valeat, ſi primo diſſentiens poſtea conſentiat. p. 805. n. 3.

Acceſſorium.

Acceſſoria pars Reſcripti corruit corruente principali. p. 94. n. 5. p. 100. n. 8.

Acceſſoria cauſæ quando iudex poſſit ex officio proferre. p. 216 n. 2.

Acceſſorio ſublato non tollitur principale. p. 258. n. 5.

Acceſſoria ſuæ cauſæ, quæ & quo modo expedire poſſit delegatus. p. 632. n. 6.

Accuſator.

Accuſans criminaliter obligatur ad pœnam talionis. p. 787. n. 32.

Accuſans criminaliter an finito iudicio poſſit eundem de eodem delicto accuſare ciuiliter, & econtra? p. 787. n. 4. & 5.

Actor, agere, Actio.

Ad agendum temporalia, ſunt perpetua ad excipiendum; quo ſenſu? p. 81. n. 3.

Actio doli poſt elapſum biennii non datur. p. 81. n. 3.

Actio competit domino, ſi deijciatur colonus. p. 84. n. 2.

Actio competit ei, qui Matricis ſimul & Capellæ Rector eſt, ſi eius Capellanus deijciatur. ibid.

Agere in iudicio poteſt non ſuo ſed alieno nomine, qui non poteſt alienare. p. 107. n. 10.

Actor in cauſa beneficiaria non poteſt in poſſeſſionem mitti, niſi iure ſuo oſtenſo. p. 114. n. 2.

Ad agendum pro altero admittitur abſque mandato perſona coniuncta. p. 123. n. 6.

Actionem qui habet ad rem, ipſam rem habere videtur. p. 128. n. 3.

Ad agendum inhabilis poteſt agere de ſua inhabilitate. p. 145. n. 1.

Actiones perſonales plures contra aliquem habens, ſi impetret Reſcripta ad diuerſos iudices, iſtarum proceſſus erit ipſo iure irritus. p. 148. prin.

Actio feudalis ſemel extinctum nunquam renaſcitur. p. 156. n. 2.

Actor & reus ſi ſint eiuſdem ciuitatis, aut diœceſis, cui Iudici poſſit cauſa delegari? p. 164. n. 9. Si ſint diverſæ ciuitatis aut diœceſis? p. 165. n. 10.

Actiones per non uſum 30. annor. extinquuntur. p. 107. n. 5.

Actor ſtare debet producto à ſe inſtrumento ſecundum omnem eius partem. p. 216. n. 2.

Actorem notoriè inhabilem debet Iudex ex officio repellere. p. 216 n. 2.

Actio propriè dicta * Cùm deficit, officium iudicis implorari poteſt. p. 218. n. 7.

Acta in alio iudicio, vel inter alias perſonas an alicui obeſſe poſſint? p.304. n.2.

Actor ſuccumbens quado evadat pœnam? p.318 n.3.

Actio eſt ius petendæ eius rei, quæ ex Iuſtitia debetur. p.356 n.8.

Actor debet petitionis ſuæ ſi ius commune ei reſiſtat, cauſam exponere. p.361. n.1.

Actoris intentionem elidit cauſa allegata contraria iuri. p.363. n.5.

Agere in cauſa populari an quis poſſit per procuratorem. p.377. n.1. Et quæ illa? ibid.

Actor ſi intentionem ſuam non legitimè probauit, condemnandus eſt in expenſas p. 394. n. 2. Niſi probabilem litigandi cauſam habuerit. n 3.

Actor in uno deficiens an & quomodo admittendus ad alia probanda? p. 404.

Actor ſuæ petitionis, non item reus exceptionis cauſam exprimere debet. p.469. n.2.

Actor quando potiùs ad replicam, quàm reus ad exceptionem probandam ſit admittendus? p.469. n 3.

Actorem repellere poteſt reus objiciendo excommunicationem. p.632. n. 6.

Actor audiendus eſt, ſi reus excommunicationem contra illum obiectam intra debitum tempus non probet. p.632. n.5.

Actoris de excommunicatione ſi conſtet, à quo & quo modo poſſit abſolui? p.632.n.6.

Actor ab excommunicatione per delegatum abſolutus, à quo debeat ad ſatisfaciẽdum compelli? p.633.n.7.

Actor non eſt in proprium commodum abſoluendus ad reincidentiam. p.633.n.6.

Agenda coram iudice, ubi agi debeant eo abſente, vel mortuo? p.716.n 6.

Actio ciuilis duplex competit iniuſtè læſo. p.727.n.2.

Actio & Iudicis imploratio quomodo differant? p.735. n 8.

Actio oritur in iure Canonico ex nudo pacto & ſimplici promiſſione. p.759. Niſi promittens habuiſſet animum ſe obligandi tantùm ex fidelitate. ibid.

Acta procuratoris falſi non ſunt ullius momenti, p. 786. n. 2.

Actione criminali finitâ an & quomodo ob idem delictum liceat intentare ciuilẽ, & econtra. p.789. n.4. & 5.

Acta & pacta inter violentum detentorem ac detentum poſſunt in iudicio reſcindi. p.791. n.2.

Agere in iudicio excommunicatus ne quidem per procuratorem poteſt. p.797. n.1.

Actio *quod metus cauſa* non eſt propriè actio p.808. num. 1.

Actio *quod metus causâ* competit metum paſſo contra incutientem eiúſq; hæredes. p.811. n.4.

Actio in rem ſcripta competit eidem contra quemvis poſſeſſorem rei extortæ. ibid. Cur actio *utilis*. p.813. n.2.

Actio *Quod metus cauſa* quomodo ſit pœnalis. p.811. n.5. Quando reus in triplum vel quadruplum ſit damnandus? ibid.

Actio in factum quid? p.840. n.1.

Actor ſi dolo cedat alteri actionem mutandi iudicij causâ, quid iuris competat Reo? p. 840. n.3.

Actionem potentiori cedens ex dolo cadit cauſa, p. 841. n. 1. Non item ſi cedat bona fide. ibid.

Actionis ceſſio cuicunque fiat cum dolo, nullius eſt efficaciæ. p. 842. n. 2.

Actio quænam competat alicui contra compromittentem abſolutè in arbitros. p. 853. n. 3. & ſeq. Quænam contra compromittentem ſub pœna in eos? p 854. n. 6 & ſequenti.

Actionem an pariat Iuramentum de ſtando ſententiâ arbitri. p.854. n.11.

Actio & obligatio ex pactis & contractibus tranſit ordinariè ad hæredes. p.859. n. 1. Non item ex compromiſſo. n. 1. & 2.

Actus.

Actus non præſumitur in dubio proteſtationi antecedenti contrarius. p. 35. n. 12.

Actus in dubio ita interpretandus, ut etiam adiecta clauſula ſubſiſtat. p.36. n 14.

Actus iuriſdictionis coactiuæ qui? p. 44. n. 16. Laici non poſſunt eos exercere in Eccleſiam aut Clericos. ibid.

Actui appoſitum Iuramentum intelligitur ſecundum eius naturam. p. 46. n. 9.

Actui non dat valorem confirmatio in forma communi. p. 48. n. 3.

Actus in dubio interpretandus potiùs ut valeat quàm ut pereat. p. 48. n. 8.

Actus nullus eſt, ſi agens ſit inhabilis. p. 122. n. 3.

Actus pendet neceſſariò à conſenſu ſed non à conſilio, cum quo iubebatur fieri. p. 169 n. 2.

Actus alicuius incapax non poteſt unquam per illum uſucapere. p. 178. n. 2.

Actus iure tantum poſitiuo invalidus, poteſt adhuc in Conſcientia eſſe validus. p. 258 n. 15.

Actus etſi iure naturæ ſit validus, poteſt à magiſtratu etiam quoad conſcientiam reddi irritus. p. 258. n. 16.

Id in dubio non præſumitur. ibid.

Actus diverſi in una perſona concurrentes quando poſſint aut non poſſint una actione impleri? p. 263. n. 3. p 281. n. 4.

Actus iudiciarij & publici non noctu ſed de die peragendi. p. 313. n. 6.

Actus Capitulares ut valeant, debet pars maior & ſenior Capituli præſentis conſentire. p. 364 n. 1.

Quænam iſta? ibid. & n. 2.

Actus v. g. electionis, alienationis &c. ſi faciendus cum conſilio aliorum, poteſt exerceri erga unum ex iſtis, cum conſilio cæterorum. p. 372 n 4.

Actûs maiorem ad ſolemnitatem & robur interdum requiritur iuramentum corporale. p. 398. n. 1. Et quid hoc? ibid.

Actus publicæ poteſtatis debet exerceri ſecundum publicam notitiam, & non ſecundum priuatam ſcientiam gubernantis. p. 507.

Actus præcedens an & quomodo per conſenſum ſubſequentem ſufficientet poſſit confirmari. p. 638. n. 2. p. 760.

Actus ut ſit legitimus requirit copulativè & poteſtatem agendi & voluntatem. p. 636. n. 4.

Actus ab univerſitate geſtus an valeat, ſi ex agentibus aliqui ſint inhabiles, p. 798. n. 3.

Admin

Adminiſtratio, Adminiſtrator.

Adminiſtrator rei debet pro ea in judicio reſpondere. p. 105 num. 1.

Adminiſtratio rerum monaſterij temporalium & ſpiritualium competit Prælato. p. 105. n. 1. eáque ex jure communi independens à Conuentu ibid. n. 3. ex conſuetudine & ſtatuto in rebus arduis aut præjudicialibus dependens. p. 106. n. 5. & 6.

Adminiſtratio bonorum ad quem ſpectet vacante Prælatura regulari. p. 109. n. 5. p. 745. n. 5.

Adminiſtrans beneficium religioſus habet à lege Ius diſponendi de fructibus ad ſuſtentationem & cauſas pias p. 197. n. 8.

Adminiſtrare Prælaturam aut beneficium non poteſt electus antè ſed poſt Confirmationem. p. 229. n. 4.

Adminiſtrationem plenam habent Generales Mendicantium ſtatim poſt acceptam electionem. p. 239. n. 3.

Adminiſtrationi quando quis ſe ingerere poſſit ante ſuam Confirmationem, inſtallationẽ. p. 264. n. 1. & ſeq.

Adminiſtrationi ſi ſe ingerat electus ante confirmationẽ, eſt eius electio caſſanda. p. 279. n. 1. Imò ipſo facto juxta probabiliorem caſſata. p. 279. n. 1. p. 399. n. 1. Maximè ſi ſe ingeſſit ſub prætextu œconomi vel Procuratoris. p. 399. n. 1. Non item ſi conſtituatur œconomus à Pontifice ibid. Vel ab alio, ſed reipſa non adminiſtret. n. 3. Prærequiritur etiam ſententia Iudicis & executio. p. 399. n. 3.

Adminiſtratorem Eccleſiæ Cathedrali vacante quandoque Pontifex dare poteſt p. 284. n. 8.

Adminiſtrationem poſtulato ante diſpenſationem, aut electo ante confirmationem tribuentes, an & quomodo puniantur? p. 294. n. 5.

Adminiſtratio non competit conuentui, ſi Prælatus ob dilapidationem eſt depoſitus. p. 130. n. 5. p. 304 1.

Adminiſtratio permittitur Archiepiſcopis ante Cõfirmationem & Pallium? hoc indicatur infra verbo Archiepiſcopus & verbo confirmatio, 306. fol, 36. verſu 30. par,

Adminiſtrare Imperium ſtatim poteſt electus Imperator. p. 327. n. 14.

Adminiſtrare an vterque poſſit Imperium, ſi duo ſint in diſcordia Electi. p. 328. n. 14.

Adminiſtratio ad quem ſpectet Imperio. Rom. vacante. p. 328. n. 15.

Adminiſtrator Imperij vacantis quid poſſit ibid.

Adminiſtratio quibus competat ante confirmationẽ? p. 355. n. 4. & ſeq Etiam extra neceſſitatem aut periculum. p. 355. n. 7. Non extenditur hæc conceſſio legis ad poſtulatos. p. 356 n. 8. An ad electos immediatè non Pontifici ſed Epiſcopis ſubjectos? p. 356. n. 9.

Adminiſtrationem ſi juxta *cap. nihil* ante confirmationem ſuſcepit Electus, an acta ejus valeant, reſciſſa poſtea electione? p. 356. n. 10.

Adminiſtratori quæ ſit alienatio prohibita? p. 357. num. 11.

Adminiſtrationem ſi ex *cap. nihil.* ante Confirmationem ſuſcipiat electus, an ſit in poſſeſſione Prælaturæ? p. 357. n. 11.

Adminiſtrare ſede vacante alicubi ſolent Capitula per vices. p. 357. n. 12.

Adminiſtratio nulla poteſt in Ordine committi nondum profeſſo. p. 366. n. 2.

Adminiſtrator vniuerſalis an eſſe poſſit laicus in vacante Eccleſia? 407. n. 2. & 3.

Adminiſtrator vacantis Eccleſiæ Cathedralis *cum libera* quantam habeat poteſtatem? p. 444. Quomodo quoad eam æquiparetur Prælato? ibid. datur, ſi Capitulum ſit ſuſpectum. p. 504 n. 1

Sed à ſolo Pontifice, & rarò p. 444. p. 504 n. 1. Ab Archiepiſcopo non niſi ob negligentiam Capituli & cognitâ cauſa. p. 504. n. 1.

Adminiſtrare Abbas non debet ante benedictionem, quo ſenſu? p. 278. n. 4. p. 490. n. 2.

Adminiſtrator Regni *cum libera* quas facere poſſit donationes. p. 502. n. 3. p. 504. n. 2.

Adminiſtrat Capitulum Epiſcopo capto ab infidelibus. p. 503. Profecto in remotas partes non relicto Vicario ibid. Facto prorſus inutili ibid. Sede vacante, p. 504. n. 2. Et quidem ex officio p. 443. n. 2. p. 744. n. 2.

Adminiſtrator Cathedralis vacantis non poteſt conferre beneficia ad liberam ſolius Epiſcopi collationem ſpectantia. p. 504. n 2. Niſi à Pontifice conſtitutus. ib.

Adminiſtratorem beneficij vacantis conſtituit ille, qui poteſt illud conferre. p. 705. n. 5. Niſi patronus ſit Eccleſiaſticus. ibid.

Adminiſtratio vacantis Eccleſiæ ſi juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat & exempta ſit, competit Capitulo. p 744. n. 2. An & vacantis Eccleſiæ Collegiatæ p. 744 n. 3. & 4. An & Regularis nonexemptæ. p. 745. n. 5.

Adminiſtrator habens poteſtatem generalem, & liberam poteſt etiam tranſigere. p. 771. n. 2. Non tamen donare. ibid.

Adminiſtratores Eccleſiæ ſunt velut ejus curatores. p. 861. n. 1. Poſſunt ejus rem facere meliorem, non deteriorem, ibid.

Adulter.

Adulteræ dotem non acquirit maritus leno. p. 12. n. 5. Nec eam poteſt accuſare, ibid.

Adultera dotem amittit in pœnam criminis. p. 787. n. 1. Et adulter donationem propter nuptias, p. 787. n. 1.

Adulteris quænam olim decreta pœna; quæ hodie: p. 787. n. 3.

Adulterij cauſam, quis Iudex cognoſcat? p. 787. n. 3.

Adultero an & quomodo poſt actionem criminalem liceat ob idem delictum intentare Ciuilem; & econtra? p. 787. n. 4. 788. n 5.

Adulteram criminaliter accuſans non poteſt ſlaito hoc judicio petere diuortium. p. 787. n. 4. Nec dotis amiſſionem. p. 788. n. 4.

Aduocatia.

Aduocatia, cuſtodia, ſeu Regale loci Eccleſiaſtici quid? p. 406. n. 1. Ea ſibi de nouo vendicans & propterea bona Eccleſiaſtica vſurpans excomunicatur. ibid. Non item id faciens ex fundatione vel recepta conſuetudine. p. 407. n. 1.

Aduocatus fructus vacantis Eccleſiæ Succeſſori ſeruare debet p. 407. n. 4. An & quomodo poſſit ſibi accipere. n. 4. & 5.

Aduocatus.

Aduocatis aliqua omittentibus, an & quæ poſſit ſupplere aut debeat Iudex? p. 215. n. 2.

Aduocatum notoriè inhabilem Iudex ex officio debet repellere p. 216. n. 2.

Aduocatus & defenſor Eccleſiæ eſt Imperator. p. 326. n. 10. p. 327. n. 13. p. 328 n. 16.

Aduocatum ſi pars habere non poſſit, debet eum dare Iudex ex officio p. 734. n. 2.

Aduocatus tenetur, & cogi poteſt gratis ſeruire pauperi. p. 734 n. 2.

Aduocati duarum partium ne nimis ſint inter ſe inæquales, attendere debet Iudex. p. 734. n. 3.

Aduocatus in cauſa ſui Monaſterij poteſt eſſe Religioſus. p. 734. n. 4.

Aduocatus ſi ſit ſubditus aut familiaris Iudicis, an poſſit recuſari? p. 734. n. 5.

Aduocatus alicuius an poſſit pro eo eſſe teſtis; & econtra? p. 774. n. 1.

Aduocatum agere in qua cauſa & foro poſſint Clerici in Minoribus? p. 779 n. 1. Clerici in Maioribus, & beneficiati? n. 2. Religioſi? p. 780. n. 2. & 3. Sacerdotes? 781. par. & n. 2.

Aduocati comparantur. p. 782. n. 4.

Aduocatum ſi quis agat contra ſuum donatorem, reuocari poteſt donatio. p. 782. n. 5. Niſi faciat ex mandato Superioris, ibid vel pro perſona coniuncta. ib.

Aduocatum agere an quis poſſit contra Rempublicā; vel dominum, à quo habet ſalarium annuū? p. 782. n. 6.

Aduocatus & Procurator ad lites quomodo differant? remiſſiuè. p. 782.

Aetas.

Aetas XXIV. annorum completorum requiretur ad beneficium curatum. p. 156. par. p. 157. n. 1.

Aetas minor XXIV. annis eſt inhabilis ad beneficium curatum; non ad gratiam pro illo. p. 157. n. 3.

Aetas ad Dignitatem aut perſonatum ſine cura ſunt anni XXII. compleri. p. 254. n. 1. p. 529 p. 539. n. 3. Quomodo in ea poſſit Epiſcopus diſpenſare? p. 539. n. 2.

Aetas ad quodlibet beneficium curatum, Epiſcopatu inferius, eſt annus XXV. inchoatus. p. 254. n. 1.

Aetatem ad beneficia requiſitam quando ſufficiat cōpleri intra annum? p. 255. n. 4. & 5.

Aetas per ſe ad beneficia requiſita diſpenſari non poteſt ab Epiſcopo ſine ſpeciali conceſſione. p. 255. n. 4. Poteſt tamen diſpenſari ætas per accidens tantùm requiſita. p. 257 n. 8.

Aetatis annus XXII. inchoatus requiritur ad Canonicum Cathedralem. p. 256. n. 6. In Germania non obſeruatur. ibid.

Aetas ad Capellaniam ex fundatione ſacerdotalem, quæ ſufficiat? p. 256. n. 7.

Aetas annorum XXX. olim ad Presbyterium requirebatur. p. 260. n. 20.

Aetatis defectu inualidè electus poteſt iterum elegi. p. 269. n. 2.

Aetas anni XXIV. completi ad Parochiam neceſſaria. p. 402.

Aetatem anni XIV. inchoati qui non habet, non poteſt hodie vllum beneficium obtinere. p. 435. n. 1.

Aetas quænam olim ad Canonicatum Cathedralis, & Collegiatæ ſuffecerit? ibid.

Aetatis & profeſſionis anni quinam in Abbatiſſa ſeu Prioriſſa olim & hodie requiſiti? p. 445. n. 1. & 3.

Aetas, quâ virgines poſſunt conſecrari. p. 505. n. 2.

Aetas Iudicis Ordinarij quæ? p. 667 n. 1. quæ delegati? p. 668. n. 2. Quæ compromiſſarij & Arbitri? n. 3. Quæ ſucceſſoris in regni adminiſtratione? n. 4.

Aetati præcedentia deferenda, vbi reliqua ſunt paria. p. 736.

Aetas Procuratoris ad lites quæ? p. 803. quæ ad negotia; ibid.

Aequiparata.

Aequiparatorum de vno quod ſtatuitur etiam in materia pœnali, ſtatutum eſt quoque de altero. p. 211. n. 5. p. 413.

Aequiparata ſunt electis & Poſtulatio quoad Ius ſuffragandi. p. 220. n. 3. Non. in alijs. p. 227. n. 5.

Affinitas.

Affinitatis ſecundo in gradu diſpenſatio contra Tridētinum valet ſine clauſula eius derogatoria p. 120. n. 6.

Affines non intelliguntur nomine conſanguineorum p. 405. n. 5.

Alienatio.

Alienare bona Conuentûs non poteſt Abbas ſine eius conſenſu. p. 107. n. 10.

Alienare bona Eccleſiæ vt Epiſcopus aut Prælatus ſine Capituli conſenſu poſſit, per conſuetudinem obtinere nequit. p. 203. n. 1.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ jure poſitiuo inualida, an & in conſcientia ſit inualida. p. 258. n. 15.

Alienans malè res Eccleſiæ tenetur ad compenſationem damni. p. 309. n. 12.

Alienatio rerum Eccleſiaſticarum quam ſolemnitatem requirat? p. 309. n. 12.

Alienatio rerum Eccleſiaſticarum ſi jure naturæ ſaltem ſit valida, reddit acceptantem tutum in conſcientia. p. 310. n. 1. Poteſt conualeſcere poſtea etiam pro jure poſitiuo. ibid.

Alienare res Imperij non poteſt eius Vicarius p. 328. n. 15.

Alienanda ſi ſit res Eccleſiaſtica, non eſt neceſſe vocare Capitulares abſentes. p. 331. n. 3.

Alienatio quædam eſt, Ius Suffragij concedere dignitati cæteræ vel in perpetuum perſonæ. p. 363. n. 5.

Alienandi Ius qui non habet, non poteſt lite cedere. p. 378. n. 8.

Alienare ex juſta cauſa poteſt mobilia adminiſtrator vacantis Cathedralis *cum libera*; non item immobilia. p. 444.

Alienatio quædam eſt renunciare priuilegio, dignitati conceſſo. p. 494. n. 18.

Alienationes facere non poteſt Capitulum ſede vacante. p. 751. n. 8.

Alienatio rerum facta à Prælato poteſt per ſubſequentem cōſenſum Capituli aut Superioris confirmari. p. 760.

Alienationes rerum immobilium quomodo olim inſtituere potuerint Mendicantes? p. 768. n. 1. Quomodo hodie? n. 2.

Alienari res Eccleſiæ Epiſcopo ſubiectæ non poteſt ſine eius conſenſu. p. 770. n. 1.

Alienare quænam poſſit Prælatus ſine Capituli conſenſu? p. 771. n. 2.

Alienationi vt aſſenſum præſtare poſſint, ſolet Generalis committere Prouincialibus. p. 768. n. 1.

Alienare non poteſt patèr bona materna, delata ad filios in ſua poteſtate conſtitutos. p. 833. n. 1.

Alienet ſi minor bona immobilia ſine Iudicis auctoritate irrita eſt alienatio. p. 833. n. 2.

Alienans dolo rem futuri iudicij mutandi cauſa, tenetur *actione in factum* ad intereſſe & damna. p. 840. n. 1. Quis cenſeatur dolo alienare. n. 2. iam ſupra dictum actio. idem eſt de alienante actionem mutandi iudicij causâ. n. 3. p. 841. n. 1. & 3.

Alienatio rei iam litigioſæ eſt ipſo iure irrita. p 840. n. 4. p. 842. n. 4. Vti & actionis. p. 842. n. 5. Niſi fiat per vltimam voluntatem vel legatum. n. 6. Quandonam res cenſeatur litigioſa? n 4.

Alienans rem litigioſam & ſcienter acceptans quibus pœnis ſint ſubiecti? p. 840. n. 4.

Alienatio rei litigioſæ ſi facta ſit per legatum, debet hæres proſequi litem; non legatarius. p. 842. n. 6.

Alienare qui rem non poteſt, an poſſit de ea compromittere? p. 850. n. 3.

Alimenta.

Alimentorum ſuorum cauſa poteſt religioſus in iudicio ſtare. p. 109. n. 1.

Alimenta filiis debentur à parentibus. p. 196. n. 7.

Alimenta non comprehendit Renuntiatio generalis. p 469. n. 1.

Alimenta vel beneficium dare debet Epiſcopus ei, quem ſine titulo aut patrimonio ordinauit. p. 514. n. 3. Niſi Prælatus aut Archidiaconus præſentauerit. p. 537. n. 4.

Alimentorum & Victualium nomine quid comprehendatur? p 730. n. 1.

Alimenta ſi petat filius à Patre, procedendum eſt de plano p. 736. n. 3.

Alere debet Eccleſia Clericum etiam Depoſitum. p. 475 n. 1.

Alere an debeat Archidiaconus Clericum inidoneum, quem Epiſcopo præſentauit? p. 537. n. 4.

Alius. Alia.

Alius Alia ſunt voces ordinariè implicatiuæ ſimilium. p. 92. n. 3. Non tamen ſemper. p. 93. n. 4.

Alius cum ſigno univerſali comprehendit maiora quàm ſine expreſſa, niſi ſtylus repugnet p. 92 n. 3.

Alius refertur ad proximè antecedentia maximè in odioſis. p. 153. n. 1.

Alius, Alia poſt caſus ſpeciales denotat ſimiles & minores; non item maiores. p. 802.

Altare.

Altare unum non eſt denudandum, ut veſtiatur aliud. p. 131. n. 1.

Altaria conſecrandi poteſtas non poteſt à non-Epiſcopo obtineri per ſolum conſuetudinem. p. 491. n. 8.

Altaris paramenta benedicendi poteſtas poteſt per conſuetudinem obtineri. p. 491. n. 9. Eam habent Prælati utentes Pontificalibus. p. 492. n. 10. In Germania pro ſuis & alienis Eccleſiis. ibid.

Altaris paramenta benedicere ex priuilegio poſſunt Mendicantium Prælati. p. 492. n. 10.

Altare cùm conſecratur, inungitur. p. 540.

Altaria validè poſſunt conſecrari ab Epiſcopo hæretico, excommunicato, aut degradato. p. 542. n. 1. Probabiliter in iis ſine diſpenſatione celebrari non poteſt. p. 543. Decet antea benedici. n. 2.

Altaris miniſterium comprehendit etiam miniſterium Diaconi & Subdiaconi. p. 564. n. 2.

Alternatiua.

In Alternatiuis debitoris eſt electio. p. 71 n. 1.

Alternatiuè de duobus ſi inquirendum, ſufficit ad effectum oſtendi unum. ibid.

Alternatiuè decretis in pœnis optio penes quem ſit. ibid.

Alternatiua *Aut*, *Vel*, ſæpe non optionem, ſed ordinem ſignificat. p. 71. n. 2.

Ambitioſus.

Ambitioſus in Electione repellendus, ut indignus. p. 319 n. 1. q. 334. n. 1.

Ambitioni ſeruiens pactū eſt reprobatū. p. 329. n. 18.

Angaria.

Angarias Domino debitas nemo tenetur alteri præſtare. p. 730. n. 2. Non poſſunt alteri vendi. ibid. Numerantur inter Regalia. ibid.

Annata.

Annatæ ſunt fructus primi anni ex vacante aliquo beneficio. p. 159. n. 2. De ijs dubium eſt decretum Trid. ibid.

Annatarum conceſſio Epiſcopo facta eſt fauorabilis; facta aliis eſt odioſa. p. 159. n. 3.

Annatæ ſi conceduntur Epiſcopo ex omnibus beneficiis, cenſentur conceſſæ etiam ex dignitatibus. p. 159. n. 3. Non tamen ex beneficiis & prælaturis exemptis. p. 160. n. 4.

Annatæ imponi ſolent beneficiis ante eorum collationem. p. 159. n. 2. Imponi poſſunt non tantùm à Pontifice, ſed etiam ab Epiſcopo. ibid.

Annatas applicare ſuæ menſæ non poſſunt Epiſcopi ſine autoritate Pontificis. ibid. His tamen in Germania competit aliqua pars. ibid.

Annulus.

Annulum ex Iure deferre debent ſoli Epiſcopi. p. 454 n. 3. Alij id faciunt ex conſuetudine vel priuilegio. ibid.

Annuli uſus ſolet eſſe coniunctus cum mitra. p. 492 n. 11.

Apocriſarius.

Apocriſarius idem eſt ac Referens. p. 242. par.

Apoſtaſia.

Apoſtaſiæ ſpecies eſt ſubtrahere ſe obedientiæ Pontificis p. 49 n. 1.

In Apoſtaſia ordinatus Religioſus incurrit ſuſpenſionem Pontificì reſeruatam. p. 510.

Apoſtata non eſt Religioſus ad laxiorem ordinem ſine licentia tranſiens, ſed peccat. p. 510. Eſtq; excommunicatus, ſi ſit mendicans. ibid.

Apoſtoli.

Apoſtolorum Caput à Chriſto conſtitutus eſt S. Petrus. p. 411.

Apoſtoli iuriſdictionem Eccleſiaſticam acceperunt à Chriſto cum ſubiectione ad S. Petrum. ibid.

Apoſtolicæ Traditiones quo modo dicantur diuinæ? p. 455. n 9.

Appellatio.

Appellare ab interlocutoriâ poteſt laicus agens coram Clerico contra Clericum. p 7. n. 12. Et omiſſo medio ad Pontificem ibid.

Appellationis remedium poteſt alicui ſupremus Princeps per delegationem auferre. p 63. n 3. nemo alius. p. 642. n. 5.

Appellandi liberè priuilegium quid ultra Ius commune tribuat? p 63. n. 2. p 64. n. 3.

Appellationis mentio facienda à petente Reſcriptum in cauſa, in qua appellauit. p. 84. n. 3.

Appellatione etiam extraindiciali interpoſitâ ſi quæ attentata, reſtituenda ſunt in priſtinum ſtatum. p. 84. n. 3. 748. n. 3.

Appellationem intra terminum definitum non proſequens, condemnandus eſt in expenſas. ibid.

Appellatio ab interlocutoriâ an ſit legitima, diſcernit Iudex Appellationis, vel eius delegatus. p. 124. n 4.

Appellans de iniuſta excommunitatione remittitur ordinariè pro abſolutione ad excommunicantem. p. 141. n. 1.

Appellari non poteſt in eo, quod conſcientiæ Iudicis relinquitur. p 166. n. 17.

Appellatio eſſentialiter eſt ad alium, & maiorem Iudicem provocatio. p. 202. n. 1.

Appellari à Vicario Generali ad Epiſcopum non poteſt. p. 202. n. 1 p. 587. n. 2. Alicubi nec ab Officiali. q. 202. n 5.

Appellari à Præfecto Prætorij ad Imperatorem non potuit. p. 202. n. 3.

Appellatio extraiudicialis non facit geſta ſequentia ipſo iure irrita, ſed ſuſpendit p. 267. n. 1.

Appellare non poteſt, niſi cuius vel proprio vel alieno nomine intereſt. p. 276 n. 2.

Appellatione interpoſitâ quando poſſit aut non poſſit adhuc procedi in negotio v g Electionis. p. 283 n. 2.

Appellatio, quam extra iudicium facit, qui de Electione iudicare debet, cenſetur iudicialis. p. 283 n. 2.

Appellatio Electioni ab aliquibus interpoſita, in quãtum ab iiſdem obſeruandi. p. 294. n. 6.

Appellatio à laico electioni Eccleſiaſticæ interpoſita eſt fruſtranea. p. 306. par.

Appellatum ſi non ſit intra decem dies à ſententia, tranſit ea in rem iudicatam. p. 318. n. 2.

Appellationi in cauſa electionis Epiſcopalis quomodo ſit vel non ſit deferendum? p 403. par.

Appellans poteſt ab ea nondum Pontifici præſentata recedere. ibid. Niſi id faciat ex ſimoniaca prauitate. ib. Eſt proinde de hoc examinandus. p. 448.

Appellantibus maximè in cauſa beneficiali non eſt facile deferendum. p. 403. n. 1.

Appellans renuntiare poteſt appellationi antequam præſentetur ſuperiori, aut adverſario intimetur. p. 404 n. 2.

Appellans contra electionem, poſtulationem aut prouiſionem factam, quomodo debeat obiecta exprimere, & iurare. p. 397. par. p 413. Quomodo ſi appellet contra faciendam. p 413. Intra vel extra iudicium. p 443.

Appellatione facta non poteſt Ordinarius validè confirmare electionem, alioqui ſui iuris. p. 436. n. 1. In aliis ante definitiuam facta appellatio non impedit proceſſum. n. 2

Appellantes Moniales ad ſedem Apoſtolicam debent procuratorem mittere. p 447. n. 15.

Appellans contra definitiuam, ſtatuere poteſt terminum comparendi in Curia Romana. p. 483. n 3. Quid tum agere poſſit & debeat adverſarius? ibid.

Appellatio extra iudicialis quid operetur? p. 500.

Appellari à ſententia Epiſcopi poteſt ad Archiepiſcopum. p. 501. n. 1.

Appellari non poteſt ad Epiſcopum à Vicario, ſed ab Archidiacono. p. 574. n. 3.

Appellationi æquivalet nullitas ſententię. p 612. n. 8.

Appellatio facit, ut executio ſententiæ à Delegato datæ ſit differenda. p. 620. n. 2.

Appellatio à ſubdelegato non ſuſpendit Iuriſdictionem Delegati. p 622 par.

Appellare ordinariè licet ad Papam omiſſo intermedio ſuperiore. 623. n. 1.

Appellandúmne ſit ad Delegatum Papæ ab eius ſubdelegato? p. 623. n. 1.

Appellare poſſunt partes ſi ex magna diſtantia citentur. p. 624 n. 5. Niſi res ardua. ibid.

Appellationi renuntiat, qui ei contrarium actum exercet. p. 629 n. 13. Quinam tales actus? ibid.

Appellatio non conceditur in Imperio criminaliter condemnatis. p. 640. n. 2.

Appellari à ſubdelegato poteſt, ſi verus ſit Iudex. p. 642. n2. Excepto uno caſu. p 650 n. 8. ad quem? p. 642. n. 3. p. 644. n. 10. an ad ſubdelegantem, ſi cum delegato cognoſcat condelegatus? p. 675. n 1. an ſi reus neget Delegato Iuriſdictionem non reperi. p. 684. an ad ſucceſſorem Delegati mortui. p. 687. Prin. an ad primum Delegantem, ſi delegatus longè abſit? p. 687. n. 1.

Appellari an & quomodo poſſit ab Auditore? p. 642. n 6. p 646. n. 14.

Appellari poteſt à Condelegato principis cum clauſula: *remota appellatione*; ſi ſubdelegationem à ſocio acceptauit. p. 646. n. 13.

Appellatio quandóque admittitur contra Delegatum cum clauſula: *remota appellatione.* p 648. n. 3.

Appellationis Iudex ſententiam priorem ſi confirmet, non ipſe ſed prior exequi debet. p. 649. n. 6.

Appellatio an & quomodo detur in Notoriis. p. 673. num. 2.

Appellari ſemper à Delegato Ordinarij poteſt ad delegantem. p. 676. n. 2.

Appellari ad quem à ſubdelegato poſſit, ſi ſubdelegatio facta ſit cum reſeruatione. p 679. n 3.

Appellari ab Arbitris voluntariis non poteſt. p. 682. p. 844. n 5. Poteſt tamen contra eos reclamari. p. 682. p. 844. n. 5. Apud quem & quando? p. 853. n. 5. V. *Laudum.*

Appellari poteſt ab Arbitris, qui à iure vel Iudice dantur. p. 682. p. 844. n. 5. ad quem? p. 682.

Appellatio non debet eſſe patrocinium malitiæ. p. 707. n. 1.

Appellationis Iudex ſi malè ceſſet, poteſt Ordinarius

Digitized by Google

rius cogere reum ad deſiſtendum à peccato pubblico. ibid.

Appellatio à ſententia cenſuræ parit effectum non ſuſpenſiuum; ſed deuolutiuum. p. 711. n. 2.

Appellationis cauſa delegari poteſt alteri de iure Canonico, non ciuili. p. 715. n. 2. Etiam à non-principe. p. 730. n. 2.

Appellare non licet à correctione legitimâ; niſi in modo excedatur. p. 716. n. 1. p. 717. n. 1.

Appellare & appellationem proſequi an debeat procurator ad lites? p. 797. n. 4.

Appellationi dubiæ poteſt quis addere ſupplicationem pro Reſtitutione in integrum. p 827 n 3.

Appellare ſi poſſit maiorennis, non conceditur ei reſtitutio in integrum. p 827 n. 4. Conceditur minorenni & Eccleſiæ. ibid. Imo neque his, ſi ipſo iure tuti ſint. ibid.

Appellari non poteſt à ſententia Papæ, vel alterius principis. p. 830. n. 1. Poteſt tamen eidem ſupplicari. ibid.

Appellari non poteſt, ſed ſupplicari causâ iam bis iudicatâ. p. 830. n. 2.

Appellationis omiſſæ causâ, ſi Reſtitutio in integrum petatur, quis poſſit eſſe Iudex? p. 836. n. 3.

Appellare non licet à Iudice, qui ut vir bonus arbitratur. p. 861. n. 8.

Appellare an liceat à Iudice, coram quo petitur ſententia arbitratoris reduci ad arbitrium boni viri. ibid.

Apparere.

Non apparere, & non eſſe paria cenſentur. p. 402. n. 2.

Apprehenſio.

Apprehenſione fictâ non tantùm dominium; ſed & poſſeſſio poteſt acquiri. p. 174. n. 1. maximè ſi verba convenientia intercedant. p. 175. n. 2.

Approbatio.

Approbare Confeſſarios poteſt de Iure etiam Vicarius. p. 598. n. 9.

Arbiter.

Arbitri ſunt eligendi, ſi Iudices delegati non poſſint in dubio ſuæ iuriſdictionis conuenire. p. 90. n 8.

Arbitros eligere in ſuis controuerſiis debent ſupremi Principes, ſi aliter nequeant convenire. p. 90. n 8.

Arbiter iuſſus procedere ſecundùm Iura & leges, poteſt procedere ſecundum conſuetudines p. 173 n 4.

Arbitrum partes per ſe vel per alios conſtituere poſſunt. p. 312. n. 1.

Arbitri ſi ſint plures, ſententia ab omnibus; vel ab uno nomine omnium in plurali; vel à nullo pronuntianda. p. 414.

Arbitri ſententia præſumitur iuſta. p. 470. n 2. Niſi dubitetur de eius poteſtate p 471. n. 2. Vel appellatio ſit interpoſita ibid. Vel contrarium oſtendatur. ibid. An & quomodo præſumptio hæc ſit Iuris & de Iure? p. 471. n 3.

Arbitri eligendi, qui de recuſatione Iudicis ſuſpecti cognoſcant. p. 665. n. 1. p. 675 n. 1. & ſeqq.

Arbitris pluribus conſtitutis ſi unus moriatur, an expiret Iuriſdictio reliquorum? p 669 n. 1. An ſi unus priuetur poteſtate iudicandi? p. 669. n. 1.

Arbitri conſtituendi, ſi Epiſcopum inter & Clericum ſit controverſia de cauſa ciuili. p. 714. n. 1.

Arbitri non ſolent, nec poſſunt aſſumi in cauſa criminali. p. 715. n 1. p. 835 n. 9. & 10. Nec in matrimonialibus, aut de libertate hominis. p. 835. n. 9 & 10.

Arbitri non poſſunt læſos reſtituere in integrum. p. 835. n. 7. Quomodo id poſſint incipenter? n. 8.

Arbiter latè & strictè, quid? p. 669. n. 2. p. 843. n. 1.

Arbitri alij Iuris ſeu neceſſarij, alij voluntarij ſeu compromiſſarij. p. 843. n. 2. Diſcrimen inter hos eſt multiplex. n. 3. & ſeqq

Arbitri Iuris poſſunt cogi ad ſuſcipiendum hoc munus; non itē Arbitri voluntarij. p. 665. n. 5. p 843 n. 3.

Arbitri Iuris habent Iuriſdictionem. p. 847. n. 4. non item voluntarij. ibid.

Arbitri voluntarij ſententia dicitur Laudū. p 844 n 4.

Arbitri ſi ſint Iuris, poteſt ab ijs appellari. p. 682. p. 844. n. 5. ad quem? p. 682. à Voluntariis non poteſt appellari, ſed tantum reclamari. p. 682. p. 844. n. 5 Quando, quomodo &c. V. *Laudum*. elapſo reclamandi decennio non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri. p. 860. n. 4. læſo tamen competit exceptio erroris, doli, metus. p 861. n. 4.

Arbiter compromiſſarius alius debet ſeruare formam Iudicij. p. 844 n. 6. Alius non tenetur eam ſeruare. ibid. & iſte dicitur Arbitrator. ibid.

Arbitri iudicio etiam iniquo an ſtare debeant compromittentes? p. 845. n 6. p. 84. n. 2. & 3.

Arbitri & Arbitratoris nomen in iure ſumitur ſine diſcrimine. p. 845. n. 6.

Arbiter quomodo differat à compoſitore amicabili. p. 845. n. 7.

Arbitris poſſunt partes cauſam definiendam committere. p. 845. n. 1. Quandonam etiam debeant? p. 90. n. 8. p. 895. n. 1.

Arbitri poſſunt aſſumi numero pari; præſtat tamen impari. p. 846. n. 2.

Arbitri ſi plures ſint aſſumpti, ſtatur ſententiâ plurium. p 846 n. 3. Vno abſente non valet Arbitrium aliorum. ibid.

Arbitri Laudum non continet ſimoniam, ſi iubeat temporale dare non pro Iure beneficij, ſed pro bono pacis. p. 847. n. 3.

Arbitra eſſe & arbitrium dicere an poſſit fœmina? p. 848. n. 1. An eius arbitrio ſtare debeant partes, ſi iuratæ in illam compromiſerunt? p. 849. n. 3.

Arbiter non poteſt conſtitui ſuper exemptionem Eccleſiæ aut Monaſterij. p. 850 n. 2. Poteſt tamen conſtitui ſuper incorporatione Parochiæ cum exempto v. g. Monaſterio. ibid.

Coram Arbitris non eſt locus reconventioni. p. 850. n. 1. Niſi ſint Arbitri Iuris. n. 2.

Arbiter nihil poteſt extra compromiſſum facere. p. 851. n. 4.

Arbiter an poſſit partem punire? p. 851. n. 4. Poteſt condemnare in expenſas. ibid. Diem ſolutioni aſſignare. ibid.

Arbitri ſententia ſi quis ſtaturum ſe iuret, ad quid teneatur? p. 854. n. 11. & ſeq.

Arbitri poſſunt diſcordiam in cauſa electionis terminare. p. 855. n. 1. Saluo Iure Confirmatoris. ibid.

Arbiter quibus præſentibus ſententiam dicere debeat? p.556.n.2. intra quod tempus? ibid. quo loco? ibid.

Ad arbitros poſſunt partes recedere à Delegatis in ſuum fauorem. p. 857. n. 1. & ab Arbitris iterum redire ad Delegatos. n. 2.

Arbitri Compromiſſarij duo ſi ſint diſcordes, aſſumere ſibi debent cum Iudicis authoritate tertium. p. 665 n. 2. p. 857. n. 4. an etiam poſt latas in diſcordia ſententias? p. 665. n. 2. an iſte tertius aſſumptus ſit verus Arbiter. p. 858. n. 5.

Arbitri duo Conſtituti ita ut in diſcordia ipſi eligant ſibi tertium, an validè conſtituantur? p. 857. n. 3. an valeat electio tertij concorditer ab iſtis duobus facta? p. 858. n. 4. an valeat ſententia ab ijſdē concorditer. ibid.

Arbiter non poteſt vices ſuas alteri delegare. p. 858. poteſt tamen ad arbitrium dicendum conſtituere alium, vel alios ibid.

Arbitri compromiſſarij poteſtas an extinguatur per mortem unius ex compromittentibus: p. 856. n. 4. p. 859. n. 1. & 2.

Arbitri v. g. tres ſi in arbitrio non concordi valeat majora. p. 859. ſi ſinguli diverſum dicant arbitrium, ad quid teneatur condemnatus? ibid.

Arbitrorum plurium ſi aliqui adeſſe poſſint & nolint, reliqui validè procedunt ſecundū Ius canonicum. p. 860. n. 1. modo major pars eorum adſit. n. 3, non item ſecundum Ius civile. n. 3. neque ſi partes expreſsè aliud voluerunt ibid.

Arbitrator.

Arbitrator quid ſit? p. 669. n. 2. p. 844. n. 1.

Arbitratorum uno mortuo vel privato, an exſpiret etiam poteſtas reliquorum; ſicut in Arbitro 669. n. 2.

Arbitrator quomodo differat à compoſito amicabili, p. 845. n. 7.

Arbitrator non tenetur ſervare formam Iudicij p. 844. n. 6.

Arbitratrix etiam fœmina poteſt eſſe. p. 84.

Arbitratoris ſententia ad arbitrium prudentis Viri reduci poteſt? p. 861. n. 5. Coram quo Iudice petenda hæc reductio? n. 6. Intra quod tempus? n. 7. An in cauſa reductionis liceat ab eius iudice appellare? n. 8.

Arbitramentum.

Arbitramentum eſt ſententia Arbitratoris. p 844 n. 6.

Arbitramentum de ijs tantùm ferri poteſt; ſuper quibus compromiſſum eſt p. 851. n. 4.

Arbitramentum reduci poteſt ad arbitrium boni viri p. 861. n. 5.

Arbitrium.

Arbitrium V. *laudum.*

Arbitrium de ijs tantùm ferri poteſt, ſuper quibus Compromiſſum eſt. p 851. n. 4.

Archidiaconus.

Archidiaconatus ſubinde Officium appellatur p. 200. n. 1.

Archidiaconus debet ordinandos in Diaconos aut presbyteros præſentare Epiſcopo p. 523. par. p. 577. Teſtari eos eſſe Dignos, quo ſenſu? p. 524. Quid ei agendum, ſi ſciat occultam alicuius indignitatem. 525. n 4.

Archidiaconus debet fieri Diaconus p. 254. n. 2. p. 527. par. impeditus etiam iuſtè, an ſit priuandus beneficio? p. 526.

Archidiaconatus requirit ætatis annos XXIV. complete. p. 529.

Archidiaconus præſentans Epiſcopo clericum non idoneum, an teneatur eum alere? p. 537. n. 4.

Archidiaconus eſt princeps diaconorum ſeu primus Diaconus. p. 573. n. 1, olim fuit Vicarius Epiſcopi in omnibus. ibid.

Archidiaconi officium hodie eſt iuxta cuiuſuis Eccleſiæ conſuetudinem diverſum. p. 573 n. 2.

Archidiaconus eſt Vicarius natus Epiſcopi. p. 574. n. 3. Iuriſdictionem habet ordinariam & quo modo? ibid. ab eo appellari poteſt ad Epiſcopum. ibid.

Archidiaconus ex Iure communi eſt qui dignitate præferendus Præpoſito & Archipresbytero ſeu Decano. 574. n. 4. uti & Vicario Generali. p. 575. n. 4.

Archidiaconi officium vt olim fuit, & quod Vicarij Generalis, quomodo differt. p. 574. n. 3.

Archidiaconus olim tertio quouis anno viſitare debuit, ſi Epiſcopus non fecit. p. 573. par.

Archidiaconi olim fuit miniſtros altaris inſtruere, & ad Euangelium legendum conſtituere. p. 525. res Eccleſiæ cuſtodire. ibid.

Archidiaconus non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi conferre beneficia curata. 576.

Archidiaconus an & quomodo habeat poteſtatem excommunicandi? p. 576.

Confirmatus Epiſcopus non poteſt amplius, etiam ante conſecrationem, deſerere Eccleſiam. ibid.

Confirmato Epiſcopo expirat Capituli Adminiſtrantis Iuriſdictio. p. 592. n. 16.

Confirmare electionem Epiſcopi aut exempti Prælati poteſt Legatus à latere. p. 692. n. 1.

Confirmatio actûs eſt duplex, nim. alia in forma communi, alia ex certa ſcientia. p. 769. n. 3. Illa non tribuit valorem actui ſed ſupponit. p. 48. n. 3. p. 769. n. 3. Iſta reddit actum validum. p. 769. n. 3. Niſi actus ſit contra Ius naturale. ibid. Vel indigeat ſpeciali diſpenſatione. ibid.

Confirmatio Electionis de intruſo etſi fiat ex certa ſcientia, eſt tamen ſubreptitia; niſi exprimatur intruſio. p. 770.

Confirmandi Ius eſt res ſpiritualis. p. 777. De eo tranſigere per rem temporalem eſt ſimoniacum. ibid.

Confirmari aut infirmari ante litis deciſionem non poteſt electio, eâ pendente facta. p. 825. n. 4.

Confirmatoris Iuri non obſtat Arbitrorum de electione & electo judicium. p. 855. n. 1.

Confirmatio Sacramentum.

Confirmare non poteſt Epiſcopus, antequam ſit conſecratus. p. 277. n. 4. p. 490. n. 3.

Confirmans ſuos ſubditos in aliena diœceſi ſine expreſſa licentia eſt ſuſpenſus per annum à Pontificalibus. p. 519. n. 6. Etſi intra locum exemptum confirmet. n. 7.

Confirmatio, quæ etiam Impoſitio manûs dicitur, fit chriſmatione frontis. p. 440.

Confirmationis Materia an eſſentialiter requirat admixtum balſamum? p. 542. n. 2.

Confraternitas.

Confraternitates ad pietatem inſtitutæ comprehenduntur nomine Eccleſiæ. p. 837. n. 2. Poſſunt petere reſtitutionem in integrum. ibid.

Vide *Reſtitutio.*

Congregatio.

Congregatio generalis etiam cum Generali non poteſt renuntiare privilegio communitati conceſſo & utili. p. 30. n. 12.

Coniuncta perſona.

Coniunctæ perſonæ quænam cenſendæ, pendet ex arbitrio Iudicis. p. 123. n. 6. An etiam frater ſpiritualis? p. 781. n. 2.

Coniux.

Coniugato an & quomodo dari poſſit tonſura? p. 522.

Coniugato male conferens Tonſuram eſt ſuſpenſus per annum. ibid. Non item conferens quatuor minores. ibid. n. 2.

Connexa.

Connexorum de uno quod ſtatuitur, cenſetur ſtatutum & de altero. p. 11. prin.

Connexum quod eſt, non cenſetur omiſſum. p. 11. n. 2.

Connexio cauſæ non eſt dividenda. p. 144. n. 3.

Connexorum ab uno extenditur præſcriptio ad alterum. p. 220. n. 1.

Connexa quomodo ſint *ſolvere & ligare*? p. 755. n. 5.

Conſanguinitas.

Conſanguinitatis ſecundo in gradu diſpenſatio valet etiam ſine clauſula Tridentini derogatoria. p. 120. n. 6.

Conſanguineum eius, qui negauit collationem beneficij, iniuſtè grauans, ipſo facto excommunicatur. p. 405. num. 5.

Conſanguineorum nomine intelliguntur conſanguinei uſque ad quartum gradum. p. 405. n. 5. Non item affines. ibid.

Conſanguineus Accuſatoris poteſt eſſe teſtis, niſi reus excipiat. p. 622. n. 1.

Conſanguineis & filiis ſuis poteſt quis exercere Iuriſdictionem voluntariam. p. 622. n. 3.

Conſcientia.

Conſcientiæ in foro creditur excuſanti ſe, ſicut & accuſanti. p. 10. n. 6.

Conſcientiæ Iudicis ſi quid relinquitur, non poteſt ab eo appellari. p. 166. n. 17. Nec prærequirit judicialem cauſæ cognitionem. ibid.

Conſecratio.

Conſecrandi provinciales Epiſcopos amittit Ius Archiepiſcopus in ſchiſma aut hæreſin lapſus. p. 245. num. 4.

Conſecrari & coronari ſolet, non confirmari electus Pontifex. p. 248. n. 6.

Conſecrari tribus poſt Confirmationem menſibus debet Epiſcopus. p. 251. n. 3. p. 509. n. 3. Alioqui fructus non facit ſuos. ibid. Si per ſemeſtre non conſecretur, ipſo facto eſt privatus ſuâ Eccleſia. ibid. Et poteſt à Metropolitano cogi ad cedendum. p. 453. n. 2.

Conſecratio Epiſcopi de Iure ſpectat ad Archiepiſcopum. p. 783. n. 1. In Germania peragi ſolet à vicino Epiſcopo. ibid. Aſſiſtentibus duobus Epiſcopis. p. 252. n. 6. Vel duobus Abbatibus, aut aliis Presbyteris in dignitate conſtitutis. ibid. Peragenda die Dominico. p. 253. n. 6. p. 509. n. 5. In Eccleſia cathedrali, non ex debito ſed decoro. p. 252. n. 6. p. 509. n. 4. Olim prærequirendus erat comprovincialium conſenſus. p. 508. n. 2.

Conſecrandi Epiſcopi facultatem dare poteſt aliis Archiepiſcopus, nondum obtento pallio aut conſecratione. p. 268. n. 1.

Conſecrare Epiſcopum quomodo poſſint ſuffraganei Archiepiſcopo pallium non petente? p. 269. n. 2.

Conſecratus eſſe debet Epiſcopus ad Clericum ſolemniter degradandum. p. 274. n. 2.

Conſecratio Epiſcopi in multis differt à Benedictione Abbatum & Præpoſitorum Regularium. p. 277. n. 4. p. 490. n. 3.

Conſecratio Epiſcopi fit chriſmate; eſt Sacramentum; imprimit characterem. p. 277. n. 4. p. 490. n. 3.

Digitized by Google

Conſecrare Epiſcopos non poteſt Archiepiſcopus ante acceptum pallium. p.306. par.
Conſecratur Pontifex ante Hymnum Angelicum; alij Epiſcopi inter Epiſtolam & Euangelium p.306. par.
Conſecrationis ſuæ die Epiſcopus non debet alios ordinare, niſi neceſſitas exigat. p.308. n. 10.
Conſecrare & coronare Imperatorem eſt Pontificis. p.316. n.9. Quo modo & loco fieri poſſit? ibid.
Conſecratio electi quomodo ſit invalida, ſi fiat ante examinatas cauſas deſertæ appellationis contra eum. p. 458.
Conſecratione nondum acceptâ Epiſcopus non ſimpliciter, ſed cum addito dici ſolet *electus, confirmatus* p.277. n.4. p.452. n.5. p.490. n.3.
Conſecratio nihil addit ad matrimonium ſpirituale Epiſcopi cum Eccleſia. p.453 n.2.
Conſecrare Eccleſiam poteſt Archiepiſcopus extra provinciam ſine pallio: non tamen ante acceptum pallium. p.458. n.3. Imo & ante acceptum, ſi autē fuit Epiſcopus. n. 4.
Conſecratio eſt neceſſaria ad actus Ordinis, non Iuriſdictionis Epiſcopalis. p. 277 n.4 p.490. n.3.
Conſecrandi Virgines, Altaria, Eccleſias, &c. Poteſtas non poteſt à non Epiſcopo obtineri per ſolam conſuetudinem. p.491. n. 8.
Conſecratio Virginum qua die fieri poſſit? p. 505. In qua ætate? ibid. Fieri debet ab Epiſcopo, nec poteſt alteri niſi à Pontifice delegari. ibid.
Die Dominico. p. 509. n. 5.
Conſecrari die Dominicâ poteſt Epiſcopus, qui Sabbatho ante factus fuit Sacerdos. p. 512. n. 3.
Conſecratur quando Epiſcopus, debet Chriſmate ungi in capite & manibus; & cur? p. 540. Sed eſt ceremonia accidentalis, quam non obſeruant Græci. ibid.
Conſecratio Sacerdotis, Regis, Eccleſiæ, Altaris, & Calicis qua fiat Vnctione. p 540.

Conſenſus.

Conſenſus alterius ſi requiratur ad agendum, an actus ſine eo ſit validus. p. 373. n. 8.
Conſentire electioni & eligere quomodo cenſeantur paria? p.402. n. 2.
Conſentire vendenti eſt aliud, & aliud vendere. ibid.
Conſenſum electioni dare debet electus intra menſem à die Præſentationis vel Notitiæ. p. 410.
Conſentiens & malè faciens pari pœna digni ſunt. p.602. n.4.
Conſenſus in malum alius eſt negligentiæ, alius conſilij, cooperationis, vel mandati. ibid.
Conſenſus ſubſequens actum, an & quomodo ſufficiat ad eum ratificandum. p.631. n.2. & 3. p.760.
Conſenſus Prælatorum & Cathedralium Capitulorum ſufficit in cauſa totius provinciæ. p.755. n.1. Eſt autem conſenſus neceſſarius, non ſolum conſilium. n. 2.
Conſenſus eſt minus quid quam Autoritas. p. 760.

Conſervator.

Conſervator quid ſit? p.82. n.1. p 672. n.1.
Conſervatores ad manifeſta delegati poſſunt cognoſcere de dubio manifeſti. p.89. n.7. p 672. n.1.
Conſervator conſtitui poteſt Decanus Eccleſiæ Cathedralis. p. 585. n. 5.
Conſervator an & quomodo ſuas vices poſſit alteri committere? p 671. n.7.
Conſervator an dari poſſit à ſolo Pontifice? p. 672. num. 1. In ſuo officio à nemine poteſt impediri. ibid. Datur ad arcendas manifeſtas iniurias. ibid.
Conſeruator, ſi qualitates alias habeat, an poſſit ut ſuſpectus recuſari? p 673. n. 3.
Conſervator datur ſuper injuriis non tantum illatis, ſed etiam inferendis quibuſcunque; quo modo? p 673. n.3. & 4.
Conſervatorem ſibi Regulares Ordines eligere ex privilegio poſſunt etiam in non-manifeſtis. p.673. n 5. p.686. n. 5. In quibus aliis? p 673. n.5.
Conſervatores hodie plerumque habent cognitionem judicialem. p.674. n.5. Alioqui ſe intromittentes in non-manifeſtis, aut judicialem cognitionem requirentibus, ſunt ipſo Iure per annū ſuſpenſi. p.686. n.5.
Conſervator eſt Iudex delegatus; ſed ab aliis delegatis multum differt. p.685 n.1. & ſeqq.
Conſervator quiſnam eſſe vel non eſſe poſſit? p.581. n.3 p.684 par p.685 n. 1. Non poteſt partes ultra unam dietam à finibus provinciæ citare. p. 685. n. 3. An & quam partem cauſæ, ac quibus poſſit committere? n.4. ibid.
Conſervatoris à Papa deſignati officium per mortem deſignantis expirat quoad negotia nondū cœpta. p. 686. n 6.7.
Conſervatores à Religioſis ordinibus electi in quibus ſint privilegiati? p. 685. n. 2. 3. p 686. n. 5. 6. & 7.
Conſervatores, ut alij delegati obſervare debent *cap. ſtatutum* 11. *de Reſcrip. §. Inſuper.* p. 686. n. 7.
Conſervator poteſt etiam Legatum Natum aut à latere ſibi obſtantem coërcere cenſuris. p. 689. n.4.

Conſiliarii.

Conſiliarij ſunt Principi pars corporis. p 55. n.4.
Conſiliariis non debet à Principe Reſpubl. penitus relinqui. p.177. n 3.
Conſiliarij & Aſſeſſores quales eſſe debeant? p. 177. num. 4.

Conſilium.

Conſilium pro actu petendum, ſi omittatur, non vitiat actum. p. 169. n 1.
Conſilia aliorum debet quidem Iudex audire, non tamen ſequi. p. 176. n. 2.
Conſilio aliorum gerendum negocium ſi ſit commiſſum, potes committere alteri cum eadem conditione, p 372. n 1.
Conſilium alicuius ſi requirendum, dari debet tempus ſufficiens deliberationi. p. 372. n 3.
Conſultorum unus impedire poteſt, ne ante tempus detur reſponſum. p.372. n.3.
Conſilio aliorum ſi quis actus v. g. Electionis, teſtamenti &c. ſit agendus, exerceri poteſt erga unum ex iis, cum conſilio cæterorum. p. 372 n 4.
Conſilium alterius ſi petendum, fieri id debet re integra, & dum ſupereſt tempus ſufficiens deliberationi. p.373. n.6.
Conſilium, quod debebas, ſi nequeas petere, an ſine eo poſſis procedere? p. 373 n.7.
Conſilium aliorum, qui in actu debet exquirere, an tenéatur etiam ſequi. p.373. n. 9. p. 851. n. 2.

Digitized by Google

Ex Cōſilio, ſi fraudulentū ſit, quilibet obligatur. p. 472.

Conſilium delinquendi præbens quomodo puniendus? p. 602. n. 4.

Conſilium & Conſenſus Capituli eſt Prælato neceſſarius in expediendis arduis. p. 604. n. 3.

Conſilium, ſub cuius conditione facta eſt delegatio, an ad valorem actus ſit requirendum, aut ſequendum? p 604. n. 4.

Conſilium etſi ſit de Iure v. g. requirendum, non eſt tamen neceſſario ſequendum. p. 604 n. 4. Niſi requirendum ſit ab eo, qui particeps eſt officij. p. 605. n. 4.

Conſtantinus Magnus.

Conſtantinus M. palatium Lateranenſe & Vrbem Romanam S. Sylveſtro Pontif. eiúſque Succeſſoribus donauit. p 411. n. 1. Vnde id conſtet? n. 2. Edictum de hac donatione corruperunt Græci. ibid.

Conſtantinopolis nova Roma. p. 411. n. 1.

Conſtitutio.

Conſtitutio facta in rebus Eccleſiæ per Laicos non valet. 25. n. 13.

Conſtitutio Pontificis ſolemniter promulgata obligat ſtatim ſingulos, qui certo vndecunque norunt p. 210. n. 3. Vide *Lex. Promulgatio.*

Conſuetudo.

Conſuetudinem antiquam poteſt Capitulum nouo ſtatuto cum, ſed non ſine conſenſu Epiſcopi tollere. p. 15. prin.

Conſuetudinem ſi Eccleſiæ ſit damnoſa poteſt Capitulum ſine autoritate Epiſcopi tollere. p. 16. n. 3.

Conſuetudines loci in contractibus & judiciis obſeruandæ à Clericis. p 44. n. 16.

Conſuetudines receptas non cenſetur Communitas velle per ſtatuta evertere. p. 46. n. 4.

Conſuetudines particulares non tolluntur per contrariam legem communem. p. 57. n. 11. Niſi habeat clauſulam. n. 12.

Conſuetudinem etſi maior Doctorum pars teſtetur, non credendum ad præiudicium alterius. p. 58. n. 14.

Conſuetudinibus & Statutis locorum nō derogat Reſcriptum Principis, niſi id exprimat. p. 79. n. 4.

Conſuetudo habet, ut in arduis & præiudicialibus Prælatus requirat conſenſum conuentus. p. 106. n. 5. 6.

Conſuetudo eſt Ius moribus conſtitutum. p. 172 n. 1. p. 194. n. 2. Vt habeat vim legis debet duraſſe longo tempore. p. 194. n. 4 p. 197. n. 9. Eſſe iuſta rationabilis, & Reipub. vtilis. p. 172. n. 2. p. 191 n. 1. p. 195. n. 6. Introducta cum conſenſu ſui Principis. p. 172. n. 3.

Conſuetudinis Ius non poſſunt introducere mulieres. p. 173. n. 3.

Conſuetudo contra libertatem Eccleſiaſticam eſt irrita. p. 173. prin.

Conſuetudo ſtandi ſententiā carentis Iuriſdictione eſt nulla. p. 176. n. 1.

Conſuetudine fortius eſt privilegium. p. 179. n. 2.

Conſuetudo etiam immemorialis & cum fama privilegij non ſufficit ad præſcriptionem eorum, quorum es incapax. 179. n. 3.

Conſuetudo vim privilegij habet, introducta permittente eo, qui poteſt privilegiare. p. 179. n. 4.

Conſuetudo Interdictum aliamue cenſuram violandi non valet. p. 180. n. 2.

Conſuetudo contra diſciplinam Eccleſiaſticam non valet. p. 180 n. 2. p. 183. n 2. & 3. Quænam talis? ibid.

Conſuetudo alia facti, Iuris. p. 181. n. 4 p. 193. n 1.

Conſuetudo localis non derogat Iuri communi, niſi in loco. p. 182. n. 5.

Conſuetudo civitatis v. g. extenditur ad loca vicina eiuſdem Iuriſdictionis. p. 182 n 5.

Conſuetudo ſi ſit diverſa, agendum iuxta meliorem; ſed ex conſilio tantum, non præcepto. p. 182. n. 6.

Conſuetudo, ut Prælatus renuntiet Eccleſiæ abſque licentia Superioris, eſt invalida. p. 183. n. 2.

Conſuetudo, ut electus non petat confirmationem à Superiore, eſt inualida. p. 183 n. 3.

Conſuetudo Eccleſiæ particularis contra finem univerſalis eſt invalida. ibid.

Conſuetudine immemoriali obtinere poteſt capax, quidquid poteſt per privilegium. p 184. n. 3. p. 197. n. 8. p. 235. n. 15.

Conſuetudo generalis alicuius loci etſi ſit invalida, excuſat tamen à pœna. 184. n. 4.

Conſuetudo eſt optima legum interpres. p. 186. n. 3. quando eas faciat aut non faciat ſub peccato obligare. p. 187. n. 4.

Conſuetudo per errorem introducta non valet. p. 187. n. 4. p. 198. n. 10.

Conſuetudo per errorem, non facti, ſed Iuris introduci poteſt. p. 199. n. 10.

Conſuetudo interpretatiua univerſæ Eccleſiæ non poteſt errare. p. 187. n 4.

Conſuetudo habet vim legis. p. 189. n. 1. p. 194. n. 2.

Conſuetudo contra Ius in quo differat à Lege Revocatoria Iuris. p. 190. n. 3.

Conſuetudo inducens ad peccatum aut diſſipationem bonorum eſt invalida. p. 191. n. 1.

A Conſuetudine ad pactum valet argumentatio negativa, non affirmativa. p. 191. n. 2.

Conſuetudines noxias Reipubl. tollere eſt Magiſtratus non tantum Ciuilis, ſed etiam Eccleſiaſtici. p. 192. num. 6.

Conſuetudo alienandi dotem vxoris invalida. ibid.

Conſuetudine nulla derogari poteſt Iuri naturali. p. 193. n. 1. p. 195. n. 5. p. 196. n. 7. Nec Iuri divino aut Iuri gentium præceptiuo. ibid. Nec aliquibus legibus humanis. p 203. n. 1.

Conſuetudo rationabilis & præſcripta tollit legem poſitiuam contrariam. p. 193. n. 1. Et quidem omnem tam Eccleſiaſticam quàm Ciuilem. p. 195. n. 5. Niſi lex ei reſiſtat. p. 194. n. 3. p. 424. n. 2.

Conſuetudo alia Iuris conſtitutiua, alia abrogatiua. p. 193. Illa requirit concurſum poteſtatis legiſlatiuæ, non item iſta. p. 194 n. 3.

Conſuetudo Conſtitutiua legis Ciuilis & Eccleſiaſticæ requirit decennium. p. 194. n. 4.

Conſuetudo abrogatiua legis Ciuilis requirit decennium. ibid. abrogatiua legis Eccleſiaſticæ requirit 40. annos. ibid. Niſi aliud ex ſcientia aut tolerantia Principis colligatur. p. 195. n. 4.

Conſuetudo quæ ſit rationabilis. p. 195. n. 6. Quæ irrationabilis. p. 195. n. 6.

Conſuetudo immunitati Eccleſiaſticæ contraria eſt irrationabilis. p. 196, n. 7. p. 272. n. 1.

Con-

Conſuetudo an ſit rationabilis, relinquendum in dubio Iudicis arbitrio. p. 196. n. 7.

Conſuetudo, vt vniuerſim Laici in Quadrageſima ter tantum per hebdomadem jejunent, eſt irrationabilis. p. 196. n. 7.

Conſuetudine non poſſunt Religioſi obtinere facultatem teſtamentum faciendi, ſed priuilegio. p. 197. n. 8.

Conſuetudo quæ & quomodo dicatur præſcripta. p. 197. n. 9

Conſuetudo abrogatoria legis non eſt extendenda ad alias ſimiles caſus. p. 198. n. 10.

Conſuetudinis Ius non introducitur per actus liberæ Voluntatis. p. 199. n. 10.

Conſuetudo à Canonibus reprobata non valet, etſi ſit iurata. p. 200. n. 2.

Conſuetudo plures Dignitates, Perſonatus, aut officia habendi in vna Eccleſia, neque jurata valet. p. 200. n. 3.

Conſuetudo homicidas pecuniâ mulctandi non valet. p. 200. n 4

Conſuetudo appellandi à Vicario Generali ad Epiſcopum non valet. p. 202. n. 1. Alicubi nec ab Officiali. p. 202. n. 5.

Conſuetudine poteſt teſtium numerus pro teſtamentis minui. p. 202. n. 1.

Conſuetudine obtinere quæ poſſit & non poſſit Epiſcopus vel Prælatus, ut ſolus ſine Capitulo expediat? p. 203 n. 1.

Conſuetudo optandi præbendas valet. 205. n. 1. Vide *Optio*.

Conſuetudini Eccleſiæ non derogat Pontifex Reſcripto gratiæ, niſi exprimat. p. 79. n. 4, p. 206. n. 1.

Conſuetudine obtenta facultas an & quomodo per Non-uſum amittatur. p. 207. n. 5.

Conſuetudo in Prælatum regularem eligendi non Profeſſum vel alterius Ordinis & Habitûs non valet. p. 305. n. 1.

Conſuetudo Prouinciæ, ſi Iuri communi ſit contraria, non extenditur ad locum, ubi non viget. p. 317. n. 6.

Conſuetudo dat & aufert Iuriſdictionem. p. 331. n. 3.

Conſuetudinis nomine abſolutè poſito an ſemper intelligatur præſcripta. p. 367. n. 4.

Conſuetudo particularis contra Canones vbique receptos non eſt laudabilis, ſed tollenda. p. 505. n. 1. Excuſat tamen à culpa & pœna, quamdiu viget. n. 2.

Conſuetudine obtineri non poteſt Ius inſtituendi aliquem ad curatum beneficium ſine conſenſu Epiſcopi. p. 576.

Conſuetudine immemoriali præſcribi poſſunt Reſeruata Principi. p. 690. n. 1. Niſi ſint ſupremæ poteſtati intrinſeca. n. 2.

Conſuetudo antiqua ſufficit etiam ſine titulo in præjudicium alterius. p. 712. n. 2.

Conſuetudo à caſu ad caſum omnimodè æquiparatum poteſt extendi. p. 849. n. 1.

Contemptus.

Contemptus Virtualis eſt tranſgreſſio Legis ex ignorantia craſſa. p. 59. n. 1.

Contemptus quilibet petere poteſt Electionis aut Poſtulationis reſciſſionem. p. 220. n. 3. p. 221. n. 6. p. 307. n. 5.

Contemptus eſſe quis dicatur? p. 307 n. 5.

Contempto uno vel pluribus ſi fiat electio an ſit ipſo Iure irrita? p. 307. n. 6.

Contempto mortuo an eius ſucceſſor poſſit agere contra electionem? p. 308. n. 7.

Contemptus ſi Iuri ſuo renuntiet, non poteſt Electio ex officio Iudicis reſcindi. p. 308. n. 8.

Contemptus poteſt petere reſciſſionem electionis etiam iam confirmatæ. p. 308. n. 9. Niſi antea monitus tacuerit. ibid.

Contemptus unius plus obeſt electioni, quàm multorum contradictio. p. 321. par. p. 333 n. 7.

Contemptus an aliquis ſit, iudicabit confirmans electionem. p. 330. n. 2.

Contemptus ut Electionis, ita & aliorum quoque actuum reſciſſionem petere poteſt. p. 333. n. 7.

Contemptus debet ipſe expenſas in oppugnanda electione præſtare. p. 359. n. 4.

Contempti ſe queri poſſunt, ſi non vocentur quaſi poſſidentes Ius ſuffragij. p 363. n. 5. Bona, non malâ fide. ibid.

Contemptus an ſit, qui non ad diem electionis, ſed tantùm ad tractandum de die citatus eſt. p. 383. n. 2.

Contemptus ſi ante formatum electionis decretum adueniat, poteſt petere nouum ſcrutinium. p. 384. n. 6. p. 386. n. 2.

Contractus.

Contractûs ſpecies ut cognoſcatur, potius pacta quàm verba, quibus appelletur attendenda. p. 35. n. 14.

Contractûs clauſula in dubio potius pro valida quam pro non adiecta habenda. p. 36. n. 14.

Contractus æſtimandus ſecundum leges illius temporis, quo eſt celebratus. p. 52. n. 8.

Contractus ſunt interdum prohibiti, ſed tantum pro foro externo. p. 58. n. 12.

Contractûs lege ſi quis optionem fecerit, quando poſſit ab ea iterum recedere. p. 226. n. 3.

Contractus an ut Iure poſitiuo, ita ſit ſemper quoad conſcientiam inualidus? p. 258. n. 15.

Contractum innominatum ſi pars una non impleat, poteſt altera ad implendum cogere, vel reſcindere. p. 276. n. 2.

Contractus ſi cum conſilio aliorum ineundus, iniri poteſt cum uno alioqui conſulendo. p. 372. n. 4.

Contractus fieri poſſunt noctu. p. 638. n. 3.

In Contractu innominato datur ſecundum Ius ciuile pœnitentia; non item ſecundum Canonicum. p 760.

Contractus pupilli non confirmatur per autoritatem Tutoris primum ſubſequentem. p. 760.

Contractus & alienationes quomodo olim potuerint inſtituere Mendicantes? p. 768 n. 1. Quomodo hodie? n. 2.

Contractui præſens aut ſubſcribens ut teſtis an poſſit eundem impugnare. p. 774. n. 5.

Contractui præſens ut teſtis an poſſit eſſe pro eodem aduocatus. p. 774. n. 1.

Contractus à beneficiato ſuper ſuis Iuribus factus non obligat Eccleſiam aut Succeſſores. p. 776 n. 2.

Contractus cui cùm primo diſſenſeris, poſtea conſentis, eſt ratus, ſi alter in eadem voluntate perſeueret. p. 805. n. 2.

Contractu reciſſo quæ expenſæ & meliorationes ſint alteri reddendæ. p. 822. n. 5. & ſeq.

Contractus an ſit reſcindendus, ſi petitur reſtitutio in integrum ob ſolam læſionem in pretio ? 823. n. 9.

Contractui ſi pœna adiecta ſit, quomodo quis teneatur ad contractum, vel ad pœnam, vel ad utrumque? p. 854. p. n. 6. & ſeq.

Contradictio, Vide *Electio.*

Contradictor quomodo excludatur, cùm ſententia in rem iudicatam tranſijt ? 318. n. 2.

Contradictio multorum minus obeſt electioni quàm vel unius contemptus. p. 321. par.

Contradictio unius Capitularis facit, ne geſta imputentur Eccleſiæ in damnum, aut delictum. p. 741. n. 2.

Contumacia.

Contumaciâ ceſſante ceſſat pœna propter illam lata, niſi aliud exprimatur. p. 46. n. 3.

Contumacia ad incurrendam cenſuram requiritur. p. 59. n. 1.

Contumax ſi quis ſit in cauſa beneficiaria, fructus beneficij ſequeſtrari poſſunt. p. 114. n. 1.

Contumaci non debet Iudex ab initio duplicem pœnam infligere. p. 115. n. 3.

Contumax in delicto ſi ſit Communitas aut Regens, poteſt totum eius territorium ſubijci Interdicto locali. p. 210. n. 1.

Contumaciter abſentem ſi contra proceditur, debet Iudex ex officio ſupplere, quæ ad Ius & factum eius pertinent. p. 216. n. 2.

Contumacia par eſt poſt legitimam vocationem non venire & poſt adventum diſcedere. p. 284. n. 4.

Contumacem contra non poteſt Iudex ad definitivam procedere, niſi in cauſa ſati inſtructus. p. 291. n. 5.

Contumax ad unum actum citandus iterum ad alium, niſi ſit ab initio citatus ad totam cauſam. p. 291. n. 5.

Contumax ſi quis ſit in cauſa beneficiali, contra eum procedetur, etiam lite non conteſtata. p. 393 n 5.

Contumax non eſt, qui rationabilem cauſam habet, cur non obtemperet. p. 489. n. 2.

Contumacia ut appareat, requiritur monitio trina. ibid.

Contumaces poſſunt à Iudice delegato debitè puniri. p. 606. n. 3.

Contumacia alia in non-veniendo, alia in non-parendo mandatis. ibid.

Contumax ſi non ſit, qui abeſt, non poteſt Iudex contra eum judicare. p. 613.

Contumaces Regulares quomodo compeſci poſſint à Prælatis? p. 743 n. 1. & 4.

Contumax eſt, qui citatus ad totam cauſam inde recedit, revocando v. g. Procuratorem. p. 793. n 2. Condemnandus in expenſas factas à tempore receſſûs. n. 2.

Contumax cenſetur, qui ſolum mittit Procuratorem cum mandato inſufficiente. p. 798. n 1.

Conventus, Vide *Capitulum, Prælatus, Religioſus.*

Conventûs meminiſſe ſolet, non debet Reſcriptum in cauſa communi Prælato & conventui. p. 105. n. 1.

Conventûs conſenſu de iure communi Prælatus non indiget in adminiſtratione rerũ Monaſterij. p. 105 n. 3.

Conventûs conſenſus in ordinariis & præiudicialibus requirendus à Prælato ex conſuetudine, vel ſtatuto. p. 106. n. 5. 6.

Conventus bona non communia cum Prælato adminiſtrat per proprium Oeconomum. p. 107. n. 9. Poteſt pro ijs conſtituere Procuratorem abſque conſenſu Prælati. ibid.

Conventui an competat adminiſtratio bonorum Monaſterij vacante Prælatura ? p. 109. n. 5.

Conventui quamdiu competit Ius eligendi, non poteſt electio ab alterius pendere voluntate. p. 272. n. 1.

Conventui non competit Adminiſtratio Prælato ob dilapidationem depoſito. p. 304. n. 1.

Conventus diverſi poſſunt eſſe in eodem Monaſterio, p. 305. n. 2.

Conventu in uno non poſſunt eſſe diverſæ Profeſſionis Monachi. p. 305. n. 2.

Conventus in inferiore Monaſterio an & quando ſit vocandus ad electionem, alióſve actus capitulares in ſuperiore ? p. 362. n. 4.

Conventus non poteſt bona Prælati defuncti, vel ſede Vacante obvenientia ſibi accipere. p. 443. n 1. Nec obvenientia ex actibus Iuriſdictionis. n. 2.

Conventui relinquitur ubique electio Monialium p. 446. n. 9.

Conventus poteſt per conſuetudinem obtinere Ius admittendi ad Profeſſionem. p. 751. n. 10.

Cooperata.

Cooperatores Parochorum quales ſint Vicarij ? p. 587. n. 1. Quam habeant Iuriſdictionem ? ibid.

Cooperans delicto dignus eſt pati pœnam cum delinquente. p. 602. n. 4.

Cooperator delegatam ſuam poteſtatem abſolvendi non poteſt alteri ſubdelegare. p. 643. n 9. Niſi nomine delegantis, & quomodo ? p 645. n. 10.

Cooperator an delegatam poteſtatem aſſiſtendi matrimonio poſſit alteri ſubdelegare ? p. 644. n. 9.

Correctio.

Correctio Iuris odioſa, nec aſſerenda ſine neceſſitate. p. 55. n. 1. p. 65. n. 5. p. 171. n. 2. p. 382. par. p. 385 n. 7. p. 444.

Correctio ſeu derogatio Iuris reſtringẽda. p. 188. n. 8.

Correctio Iurium non debet introduci per ſubauditiones ſeu intellectus tacitos & cõiecturales. p. 390 n. 7.

Correctio Religioſi ſpectat primo ad Prælatum, & eo negligente ad Epiſcopum. p. 708. n. 2. p. 710. n. 4.

A Correctione legitima non licet appellare, niſi in modo excedatur. p. 716. n. 1. p 717. n. 1.

Corrigere crimina ſubditorum tenentur Prælati ex officio. p. 717. n. 1.

Corrigendi Ius non poteſt totum Epiſcopo adimi per ullam conſuetudinem. p 718. n. 3.

Corpus.

Corporis defectus recenſentur varij. p. 563.
An ſint notabiles & magni iudicabit Epiſcopus. ibid.
In dubio facilè diſpenſabit cum Religioſis. ibid.

Corporale.

Corporalia benedicendi poteſtas poteſt à non-Epiſcopo per conſuetudinem immemorialem obtineri. p. 491. n. 9. Eam habent Prælati utentes Pontificalibus. p. 492. n. 10. In Germania non tantum pro ſuis, ſed etiam pro alienis Eccleſiis. ibid.

Digitized by Google

Corporalia aliáque paramenta benedicere ex priuilegio poſſunt Mendicantium Prælati, p. 492. n. 10. non Epiſcopis ægrè priuilegium hoc conceditur. ibid.

Corporalia benedicere an ſit actus Epiſcopalis? p. 519. num. 8.

Copulatiua.

Copulatiua & accipitur pro diſiunctiua *Vel*, ſi ex pluribus membris unum ſufficiat ad effectum propoſitum. p. 71. n. 3.

Crimen.

Crimen executionem officij impediens ſufficit ad renuntiandum Epiſcopatui. p. 477. n. 5. quænam talia. ibid. Occultum eſt quod neque populariter, neq; judicialiter notorium. ibid.

Criminis occulti cenſuras abſolvere vel diſpenſare poteſt Epiſcopus, exceptâ Homicidij voluntarij. p. 515. num. 2.

Crimen adulterij, inceſtus, periurij &c. ſi ſit occultum non facit ipſo Iure ſuſpenſum aut irregularē. p. 515. n. 2.

Criminalia non ſubſunt Iuriſdictioni Vicarij Generalis ſine ſpeciali commiſſione Epiſcopi. p. 593. n. 2.

De Crimine inquirere & cognoſcere quomodo poſſit Vicarius generalis abſq; ſpeciali comiſſione? p. 593. n. 2.

Criminaliter condemnato non conceditur in imperio Appellatio. p. 640. n. 2.

Crimen falſi. Vide *falſum*.

Criminis notitiam poteſt aliquis habere tripliciter, nim. ut priuatus, ut Iudex in foro interno, & ut Iudex in externo p. 701. n. 1.

Crimina occultè cognita, occultè non publicè puniendæ. p. 702. n. 2.

Criminis accuſationem admittere & pœnam decernere quomodo poſſit Iudex, ſi id ante etiam ex confeſſione nouit? p. 702. n. 3.

Criminali in cauſa inter Epiſcopum & Clericum quis ſit Iudex. p. 714. n. 1.

Criminali in cauſa non ſolent conſtitui arbitri. p. 718. n. 1. an poſſint? p. 835. n. 10.

Criminali in cauſa ſi agatur de pœna capitali, an debeant partes perſonaliter adeſſe? p. 787. n. 1.

Criminaliter accuſans obligatur ad pœnam talionis. p. 787. n. 2.

Culpa.

Culpâ carens, damnum ſuſtinere non debet, niſi aliter propria cōventio aut bonum publicū exigat. p. 9. n. 1.

Culpa & pœna ſunt correlata. p. 9. n. 3.

Culpæ annumeratur imperitia in ijs, qui ſe periti operam promittunt. p. 532. n. 1.

Cumulatio.

Cumulatio oppoſitorum cum clauſula: *prout melius de Iure valere poteſt*; in quibus admittatur vel non admittatur? p. 225. n. 2.

Cumulatio Iudicij poſſeſſorij & petitorij fieri poteſt in eodem libello. p. 315. n. 2.

Curia Rom. Vide *Stylus*.

Curiâ Rom. valdè remotè diſtare quinam cenſeantur. p. 354. n. 3.

Cuſtos.

Cuſtodis clauſtralis officium eſt manuale; à Pontifice tamen poteſt concedi in perpetuum. p. 276. n. 1.

Cuſtodia, Advocatia, & Regalia loci Eccleſiaſtici, quid? p. 406. n. 8. Ea de nouo ſibi vendicans & propterea bona Eccleſiaſtica uſurpans excommunicatur. ib. Non item id faciens ex fundatione vel conſuetudine antiqua. p. 407. n. 1.

Cuſtos Eccleſiæ an & quomodo renoatur non tantum ex ſuâ, ſed etiam inferiorum culpa. p. 575.

Cuſtodia rerum Eccleſiæ pertinebat olim ad officium Archidiaconi. p. 575.

Cuſtos ſi habeat inter alios Canonicos præeminentiam, habet dignitatem ſeu perſonatum. p. 581.

Cuſtodis officium quod? p. 582.

Cuſtos idem eſt cum Theſaurario & Sacriſta. ibid.

Cuſtos, Archidiaconus, & Archipresbyter ſunt tres columnæ Eccleſiæ. p. 502.

Damnum.

Damnum ſuſtinere non debet culpa carens, niſi aliud propria conventio aut bonum publicum exigat. p. 9. n. 1.

Damnum compenſare an debeat Princeps quod etiam ob bonum publicum intulit priuatis. p. 25. n. 14.

Damni quantitatem læſus ex maleficio probare poteſt Iuramento Veritatis, ſeu veræ æſtimationis. p. 817. n. 1. Non eſt facilè deferendum, ſi alia probatio ſuppetat. p. 818. n. 2. Quomodo ſit deferendum? n. 4.

Damnum in contractu vel quaſi probare quomodo debeat petens reſtitutionem in integrum? p. 821. n. 2.

Data Vide *Reſcriptum*.

Datæ tempus inſpiciendum in Reſcriptis ad cognoſcendam taciturnitatem Veri, & ſuggeſtionem falſi. p. 99. n. 6. p. 100. n. 7.

Datæ tempore ſi perſona, cui vel contra quàm datum eſt Reſcriptum, ſit mortua, eſt illud irritum. p. 144. num. 1.

Ex Datæ tempore dignoſcendum, an Reſcriptum ad Beneficium ſit obreptitium. p. 157. n. 1.

Debitum.

Debitis parentis aut Viri, ſi aliter non poſſit, debent alicubi liberi & Vxor per propria bona ſatisfacere. p. 192. n. 7.

Debiti merè perſonalis an haberi poſſit poſſeſſio vel quaſi, & quomodo? p. 299. n. 6. Sine titulo naſci non poteſt, ſed continuari. p. 300 n. eod.

Debiti inducendi aptus modus non eſt temporis decurſus. ibid.

Debiti titulus præſumitur ex diuturnitate præſtationis uniformiter factæ. p. 300. n. 6.

Debitum cenſetur condonare, qui Inſtrumentum debiti, non item qui pignus reddit. p. 472. n. 1.

Debiti recepti confeſſio reſpectu cuius probet ſolutionem? p. 656. n. 6.

Debitum ſi contrahat religioſus, ubi conveniendus? p. 710. n. 5. *Debitor.*

Debitoris eſt electio in alternatiuis. p. 71. n. 1.

Debitor ex empto non poteſt conveniri vi Reſcripti per errorem pro mutuo dati. p. 103 n. 4.

Debitor non tenetur reddere rem debitā, ſi plus, quàm valeat, in tranſmiſſione expendendū ſit. p. 119. n. 1.

Debitum ſi confiteatur causâ non expreſſâ, probare id tenetur Creditor. p. 469. n. 2.

Debitor eſt liber, ſi creditor causâ non expreſſâ fateatur ſolutionem. p. 469. n. 2.

Digitized by Google

Debitor qui non eſt ſoluendo, an poſſit ordinari? p. 561. n. 4.

Debitor delegatus quis? p. 600.

Debitori iniuria fit, ſi nimia cautio ab ipſo exigatur. p. 737. n. 1. Quæ ſit nimia? ibid.

Debitori ſi vi extorta ſit ſolutio, non competit actio *Quod metus cauſa*, ſed ex L. Iulia. de vi. p. 808. n. 2.

Debitor Minoris ſi ſoluat, adhibeat præter Tutorem etiam decretum Iudicis. p. 821. n. 4.

Decanus.

Decanus obligatur ſtatutis Capituli. p. 17. n. 6. Maior pars poteſt contra eius ſuffragium condere ſtatutum. ibid.

Decani facultatum poſſunt facere ſtatuta. p. 20. n. 4.

Decani cauſa non eſt Capituli. p. 33. n. 3.

Decanatus non comprehenditur nomine beneficij in odioſis. p. 159. n. 3.

Decanatus eſt dignitas. p. 200. n. 1. in aliquibus Eccleſiis electiua. p. 16. n. 1. p. 217. n. 1.

Decanus alicubi non opus habet confirmatione ſuæ electionis. p. 239. n. 1.

Decanatus eſt beneficium ſacerdotale. p. 254. n. 2.

Decanus alicubi diem electionis nominat. p. 281. n. 1.

Decanus eſt caput capituli in Germania. p. 338. n. 2. Etſi in Præpoſitura ſit prima dignitas poſt Epiſcopalem. ibid.

Decanus ſi ſede Vacante Iuriſdictionem exerceat, poteſt fructus inde prouenientes ſibi retinere. p. 443. n. 2.

Decanus debet fieri Presbyter. p. 517. par. Impeditus etiam iuſtè, an ſit priuandus decanatu? p. 528.

Decanatus requirit ætatis annos 24. completè. p. 529.

Decano præferendus quoad dignitatem Archidiaconus. p. 574. n. 4.

Decani rurales inſtitui & deſtitui poſſunt ab Archidiacono; ſed non ſine conſenſu Epiſcopi. p. 577.

Decani rurales an & qualem habeant Iuriſdictionem? p. 579. n. 2. p. 580. n. 1. Quodnam eorum officium? p. 580. par.

Decani rurales non habent Dignitatem ſeu perſonatum. p. 581. n. 3.

Decanus Cathedralis eſſe poteſt delegatus Pontificis, aut legati Pontificij. p. 581. n. 3. Item conſeruator. ibid.

Decanus monaſterij quid poſſit mortuo Prælato. p. 745. n. 6.

Decennium.

Decennium eſt in Iure Tempus longum. p. 173. n. 1.

Deceptus.

Decepto ex ſimplicitate an & quomodo ſuccurratur? p. 817. n. 6.

Decima.

Decimarum immunitas plerumque non amittitur per vnum aut plures actus contrarios. p. 29. n. 11.

Decimarum Ius ſpirituale non poteſt præſcriptione acquiri à Laicis, ſed per priuilegium. p. 178. n. 2.

Decimarum quarta portio debetur ex lege diœceſana Epiſcopo. p. 721. n. 3. Sed ferè abiit in deſuetudinem. ibid.

A Decimis Epiſcopus neminem poteſt eximere; ſed in dubio tranſigere. p. 770. n. 2.

De Decimis an poſſit Parochus cum Parochianis tranſigere? p. 770. n. 2.

Decimas poteſt Clericus locare vel vendere ad vitam ſuam. p. 847. n. 2. Eaſdem in dotem dare filiæ aut ſorori non poteſt. ibid.

Decimas prædiales Parocho ſoluere tenentur etiam Religioſi de Iure communi. p. 776. n. 1. Hodie exempti ſunt per priuilegium Pontificis. ibid. In quo priuilegium hoc conſiſtat? ibid.

Decimas iniuſtè negans condemnari debet ad ſoluendas futuras, & compenſandas præteritas. p. 776. n. 3.

Declaratio.

Declarans nihil dat, ſed datum ſignificat. p. 51. n. 6.

Declaratiua Lex abſoluta, extendenda eſt etiam ad præterita. ibid

Declarans nihil de nouo agit. p. 191. n. 1.

Decretum.

Decreta fidei abrogari nunquam poſſunt, ſed morum. p. 4.

Decreta fidei & morum valent, etſi falſum quid contineant. p. 84. n. 3.

Decretis in Eccleſiaſticis ſententia deciſionis, non ratio attendenda. p. 84. n. 3.

Decreta Pontificis obſeruanda ſunt, ſiue ſcripta ſint, ſiue non. p. 265. n. 3.

Decretis ſuis non poteſt Princeps obligare ſuum ſucceſſorem. p. 186. n. 4.

Decreto electionis formato cenſetur primum illa facta. p. 302. n. 4. p. 346. n. 10.

Decreto iam formato non poteſt Electio aliorum acceſſione conualeſcere. p. 310. n. 2.

Decretum commune alicuius collegij quid? p. 343. n. 2.

Decretum Electionis formandum & publicandum poſt collata ſuffragia quoad numerum. p. 346. n. 9. Et quidem mox ſeu uno contextu; & quid hoc ſit? p. 360. n. 2

Decretum quo Electio facta promulgatur, fieri debet communi nomine. p. 380. n. 2. in eo ſi Elector inhabilis exprimatur in ſpecie poteſt Electio impugnari. p. 798. n. 3. Non item ſi exprimatus tantum in confuſo. ibid.

Decretum capitulare ut valeat, debet in id conſentire pars reſpectu totius præſentis capituli maior. p. 414.

Decretum Electionis clauſulam: *& alij mihi conſentientes* non comprehendit inhabiles. p. 798. n. 3.

Dedicatio.

Dedicare Eccleſias non poteſt Archiepiſcopus ante acceptum pallium. p. 306. par.

Dedicationis die conferre ordines eſt abuſus. p. 505. par.

Defenſio.

Defenſio contra falſitatem eſt Iuris naturalis, nec ulli poteſt eripi. p. 68. n. 3.

Defenſio propria nemini negatur. p. 146. n. 2.

Degradatio.

Degradandus Clericus ſi litteras Papales falſificet. p. 114. n. 2.

Degradare ſolemniter Clericum non poteſt Epiſcopus niſi conſecratus. p. 274. n. 2. Nec ſolus. p. 452.

Digitized by Google

Degradatus Epiſcopus poteſt, ad huc validè conſecrare Eccleſias, altaria, calices, &c. p. 542. n 1. probabiliter tamen ſine diſpenſatione ad Miſſam adhibenda non ſunt. p. 543. n 1. Saltem ante ſimplicem benedictionem. n. 2.

Delegatio V. Commiſsio, Iudex delegatus.

Delegatio cauſæ cum generalitate tribuit Iuriſdictionem quaſi in habitu. p 91.

Delegatio Canonico facta cenſetur perſonalis. p. 164. n. 6.

Delegationis vi non poteſt actor & reus ejuſdem civitatis aut Diœceſis trahi extra illam. p. 164 n. 9.

Delegatio cauſæ à Pontifice ejúſque legato ut fiat carenti requiſitis qualitatibus non poteſt conſuetudine obtineri. p. 178. n 2.

Delegari in Iure ciuili non poſſunt, quæ meri aut mixti Imperij ſunt alicui commiſſa. p. 389. n. 6.

Delegari abſolutè poſſunt, quæ ſunt Iuriſdictionis ordinariæ. p. 594. n. 4.

Delegata alicui cauſa ratione dignitatis an & quomodo tranſeat ad ſucceſſorem? p. 592. n. 16.

Delegatáne ſit an ordinaria poteſtas Vicarij ad ſpecialia. p. 600. n. 14.

Delegare eſt alterum in ſuum locum ſufficere. p 600.

Delegatio ſi fiat ſub conditione petendi conſilij, an id neceſſario petendum aut ſequendum? p. 604. n. 4.

Delegantis vices in Iuriſdictione gerit delegatus. p. 613. n. 1.

Delegatio facta alicui ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem in dignitate. p. 617. n. 1. p. 715. n. 4. Etiam re adhuc integra. ibid. Non ad ſucceſſorem in adminiſtratione tantùm. ibid.

Delegatio facta alicui ſub nomine proprio, non tranſit ad ſucceſſorem. p. 617. n. 1.

Delegationem factam eſſe ſub nomine dignitatis vel proprio, unde dignoſcatur. p. 617. n. 1.

Delegatio ſub nomine dignitatis & proprio ſimul facta an perſonalis vel realis? p. 618. n. 2.

Delegatio facta intuitu dignitatis amittitur cum dignitate. p. 618. n. 3. An etiam facta intuitu perſonæ? n. 4.

Delegatio facta Legato ſedis Apoſtolicæ intuitu dignitatis hujus an tranſeat ad ſucceſſorem. p. 619. n. 6.

Delegatio facta Vicario intuitu Officij tranſit ad Succeſſorem. p. 619. n. 6.

Delegare remoto Appellationis remedio nemo poteſt, niſi Princeps. p. 642. n. 5.

Delegare ad cauſam contentioſam eſt actus Iuriſdictionis. p. 647. n. 1.

Delegationis reuocatio eſt odioſa. p. 651. prin.

Delegatio ſi ſit intuitu dignitatis facta, an delegato depoſito vel renuntiante expiret Iuriſdictio ſubdelegati. p. 652. n. 2. An ſi ſit intuitu perſonæ facta. n. 3.

Delegatio aut ſubdelegatio ordinariè non procedit à dignitate ſed à perſona. 652. n. 2. Facta expreſsè nomine *ſedis Apoſtolicæ* expirat per mortem delegantis. ibid. fieri non poteſt hoc modo ab ijs, qui ſunt inferiores Principe. ibid.

Delegationis negatiua quomodo ſi probanda. p. 654. n. 2.

Delegationis Reſcriptum eſt ſtrictæ interpretationis, non extendendum ad non expreſſa, niſi connexa. p. 655.

Delegatam poteſtatem an & quomodo delegans poſſit reuocare? p. 662. n. 4. & ſeq.

Delegationis verba ita explicanda, ut ea potius valeat quàm pereat. p. 678. n. 2.

Delegatio intuitu dignitatis ſi facta ſit ante mortem delegati valet, eámque exequitur ſucceſſor. p. 681. n. 2.

Delegari poteſt cauſa appellationis ſecundum Ius non ciuile, ſed Canonicum. p. 715. n. 2.

Delegare quis poteſt cauſam etiam non ſubdito. p. 715. n. 3.

Delegare potes alteri quamuis poteſtatem tibi ex officio & Iure ordinario competentem. p. 724. n. 1. Etiam generaliter. n. 2. Non quoad miniſterium tantùm ſed etiam quoad cognitionem cauſæ. n. 3.

Delegare an & quomodo poſſit Prælatus Regularis alteri ſuam Iuriſdictionem. p. 745. n. 6.

Delictum Vide *Culpa, Crimen.*

Delicti Venia data à Principe, lege &c. extenditur ad præterita tantùm, non ad futura. p. 53. n. 11.

Delicti alieni cauſâ an & quomodo puniri poſſit innocens? p. 389. n. 3.

Delictum non impediens, conſulens, adjuvans, mandans, & exequens an pari pœnâ digni? p. 602 n. 4.

Delictum Prælati non obeſt Eccleſiæ, p. 740. n. 1. Niſi ei conſentiat conuentus. p. 741. n. 1.

Denuntiatio.

Denuntiatio Canonica contra electum fieri poteſt etiam poſt Conſecrationem. p. 450. n. 2.

In Denuntiationibus Matrimonij diſpenſare de Iure poteſt Vicarius. p. 598. n. 9.

Denuntiatio fieri ad fidem poteſt per Officiales juratos vel per litteras ſigillo munitas. p. 630. n. 1.

Denuntiatio noui operis habet etiam locum, quando ſit præparatio ad opus. p. 655. n. 2.

Depoſitio V. ſuſpenſio.

Deponendus Clericus ſi in cauſa beneficiaria falſi crimine fuerit conuictus. p. 114. n. 2.

Depoſitus à beneficio non poteſt per Ordinarium reſtitui ſine conſenſu Patroni. p. 156. n. 3. p. 288. n. 9.

Depoſitio Abbatis aut Præpoſiti ut fiat ab Epiſcopo ſine Capituli conſilio, obtineri poteſt per conſuetudinem. p. 203. n. 1.

Deponere Epiſcopum non poteſt Metropolitanus, p. 452.

Depoſitus abſolutè amittit omne Ius ad beneficium; & ſi reſtituatur, ultimum locū tenere debet. p. 465. n. 2.

Depoſito eo, cui fuit intuitu dignitatis facta delegatio, an expiret Iuriſdictio ſubdelegati. p. 652. n. 2. An & ſi intuitu perſonæ ſit facta? n. 3.

Deponendi beneficiati poteſtatem habent quidam Prælati. p 467. n. 7.

Depoſiti Clerici ſunt adhuc ab Eccleſia alendi. p. 475. num. 1.

Deponendus ob infirmitatem aut ſenium non eſt Epiſcopus, nec Prælatus. p. 478. n. 6.

Digitized by Google

Derogatio *Vide* Ius, Lex, Privilegium, Reſcriptum, Statutum.

Devolutio.

Devolutio beneficiorum non mutat eorum naturam aut qualitatem. p.207 n.6.

Devolvatur ad quem Ius eligendi, ſi eligentes vel electus fuerint in cenſura. p 279.n 8.

Devolvitur Ius eligendi ad ceteros, ſi aliqui ſcienter eligant indignum. p.291.n.4.

Devolvatur ad quem Ius eligendi, ſi eo capitulares omnes vel aliqui abutantur. p. 294 n.4.

Devolvitur Ius eligendi ad Superiorem, ſi aliquibus eo iam privatis priventur & reliqui. p 302.n.4.

Devolvi Ius providendi quomodo ad Superiorem poſſit in Eccleſia non numerata? p.315.n.1.

Devolvatur quando ad Pontificem eligendi Ius Imperatorem? p.327. n. 10.

Devolvitur Ius eligendi in Cathedrali ob electionem indigni ad Papam. p.340.n.6.p.412.n.1. Ob negligenter omiſſam electionem per trimeſtre ad Metropolitanum, ut olim, ita & hodie. p.341. n 6. p 412. n.1. Si tamen ad eum ſpectet confirmare electum Epiſcopum. p.341.n.6. In aliis Eccleſiis devolvitur Ius eligendi ad proximum Superiorem ad quem Electi confirmatio ſpectat. p.341.n.6. p.412. n.5.

Devoluto Iure, quæ agit Prælatus, ad ea neceſſarius illi non eſt conſenſus aut conſilium Capituli. p.341.n.7.

Devoluto Iure eligens eligere debet, ſi poteſt, aliquem ex gremio eiuſdem Eccleſiæ. p.341. n.8.

Devolutio non mutat naturam & qualitates Iuris eligendi. p.341 n 8.

Devolvatur ad quem Ius eligendi, ſi forma ſcrutinij non ſit ſervata. p.348.n.14

Devolutio poteſtatis ob negligentiam Prælati fit ordinariè ad proximum ſuperiorem. p. 422. n. 5.

Devolvitur Ius eligendi ad proximum ſuperiorem, ſi compromiſſarij intra trimeſtre negligant eligere Epiſcopum. p 440.n,1. Si eligant indignum, ad compromittentes. n. 2.

Devolvitur Ius collationis ad Archiepiſcopum, ſi Capitulum ei immediatè ſubiectum per ſemeſtre negligat. p.499. Ad Pontificem, ſi & Archiepiſcopus per alterum ſemeſtre ſit negligens. ibid.

Devolvatur ad quem Ius conferendi ob negligentiam, ſi ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum, vel ad utrumque ſimul ſpectet p 500.

DEUS.

Divina Eſſentia trium perſonarum eſt una & ſimpliciſſima. p. 2. n. 2. à Relatione diſtinguitur tantùm ratione. ibid.

Diaconus.

Diaconus nullam dare poteſt publicam benedictionem. p.493.n.12.

Diaconus ſine manus impoſitione ordinatus non poteſt miniſtrare priuſquam ſuppleatur defectus. p.541. n.1. Quomodo ſupplendus? p.543. n. 1. Quomodo ei imponatur manus? p.544 n.4.

Diaconi olim in quavis cathedrali erant ſeptem ad negotia Epiſcopi procuranda. p. 574. n 4.

Diaconos inter & Presbyteros olim de præcedentia gravis contentio. p.574. n. 4.

Diaconi ſunt oculi Epiſcopi. p. 576.

Dies.

Dies naturalis à medio unius noctis uſque ad medium ſequentis ſe extendit. p 637. par.

Die factum cenſetur, quod ante mediam noctem eſt factum, p.638.n 3. Niſi ſpeciatim requiſitum ſit, ut lucis tempore fiat. ibid.

Dieta.

Dietam unam ultra fines ſuæ diœceſis nemo citandus. p.119.n.2.p.165 n 9.

Dieta una legalis complectitur XX. milliaria Italica ſeu XX millia paſſuum. p.119.n.3.

Dieta vulgaris quantum ſpatium complectatur, pendet ex arbitrio Iudicis. ibid.

Dieta vulgaris intelligitur, ubi non expreſſè legalis nominatur. p. 119. n. 3.

Dieta, ultra quam citandus nemo, computanda eſt à diœceſi domicilij, non rei ſitæ. p. 124. n. 2.

Dieta unde computanda, ſi quis habeat diverſa domicilia in diverſis diœceſibus. p 124 n. 3.

Dignitas.

Dignitas ſine autoritate Pontificis quæ poſſit extingui ab Epiſcopo p 27. n 2.

Dignitates non comprehenduntur nomine beneficij in odioſis. p. 159 n. 3.

Dignitas & perſonatus ſubinde pro eodem, ſubinde pro diverſis accipiuntur. p 161. prin. p. 199. n. 1.

Dignitas eſt Eccleſiaſtica præeminentia cum Iuriſdictione fori externi. p. 161. prin. p. 199. n. 1.

Dignitatem habens amobilem ad nutum poteſt eſſe delegatus pro Reſcripto Papali Iuſtitiæ. p. 162. n. 2.

Dignitas eſt Prioratus non clauſtralis, ſed conventualis. p. 163. n. 4

Dignitatem, quam habet exprimere debet impetraturus aliud beneficium à Pontifice. p 79. n. 1. Non item impetraturus ab Ordinario. p. 80 n. 2.

Dignior cenſetur, qui prior nominatur in Inſtrumento. p. 109. n. 4 p. 449. prin.

Dignitas & beneficium habent ſe ut excedens & exceſſum. p. 163. n. 5.

Dignitas nova non inſtituenda cum detrimento aliorum beneficiorum. p. 181. n. 1. Niſi neceſſitas ſit aut magna Eccleſiæ utilitas. n. 2. Vel detrimentum tenue. n. 3.

Dignitas nova ſi inſtituatur inſtituenda iuxta conſuetudinem vicinarum Eccleſiarum. p. 182. n. 4. Niſi de illa Ius commune extet. n. 5.

Ad Dignitatem Eccleſiaſticam qui non poſſint eligi? p. 187. n. 5.

Dignitates Perſonatus aut officia duo in una Eccleſia quis habere non poteſt ex conſuetudine, ſed ex diſpenſatione. p. 200. n. 3. & 4.

Dignitatem, Perſonatum, aut Officium cum Canonicatu habere quis poteſt in Eccleſia una per conſuetudinem, per Epiſcopum, &c. p. 201. n. 6.

Dignitas paſtoralis eſt Prælatura. p. 228. n. 2.

Dignitas ſine cura requirit annos 22. completos. p. 254. n. 1.

Dignitas ſi ab Epiſcopo conferatur indigno, ad quem tunc Ius conferendi devolvatur. p. 262. n. 7.

Dignitas perſonæ accipitur ex officio, genere, ſcientia. p. 290. n. 3.

Digni-

Digitized by Google

Dignitates & beneficia ultra quod tempus vacare non debeant? p. 339. n. 1.

Dignitatis omnis incapax eſt, electioni ſuæ per abuſū poteſtatis laicæ factæ conſentiens. p. 351. n. 4. Niſi diſpenſet Pontifex aut Epiſcopus. n. 6.

Dignitati aut perſonatui æquiparatur beneficium curatum quoad pluralitatem, non quoad alia. p. 351. n. 7.

Dignitatis collationem à Laico acceptans redditur ad illam & quamuis aliam inhabilis. p. 351. n. 8.

Dignitates plures nemo poteſt ſimul habere in titulū ſine diſpenſatione Pontificis. p. 377. n. 2. Altera obtenta vacat prior ipſo Iure. ibid. Vtramque præſumens retinere eſt utraque privandus. ibid. Imo hodie ipſo Iure utraque privatus eſt, & ad omne aliud beneficium inhabilis. p. 378. n. 9.

In Dignitatibus non licet deſcendere. p. 475. n. 2.

Dignitati publicæ renuntiari non poteſt, niſi in manu eius a quo fuit accepta. p 485. n. 3.

Dignus æſtimari debet, qui non ſcitur indignus eſſe. p. 524 par. & n. 2.

Ad dignitates & perſonatus quænam ætas requiratur. p. 528. p. 539. n 2. 3. Quomodo in ea poſſit vel non poſſit diſpenſare Epiſcopus. ibid.

Dignitates Eccleſiaſticæ non poſſunt conferri illegitimis ſine diſpenſatione Pontificis. p. 556.

Dignitates Archidiaconi, Præpoſiti, Decani & Vicarij quam habeant inter ſe præeminentiam. p. 574. n. 4.

Dignitatibus accenſetur officium Vicarij generalis in ſpiritualibus. p. 583. n. 4.

Dignitatis ratione ſi cui ſit delegata cauſa, an ad ſucceſſorem devolvatur. p. 592. n. 16.

Dignitatis ratio quomodo habenda in pœna inferenda. p. 648. n. 3.

Dimiſſoria.

Dimiſſoriis carens ſi ſuſcipiat ſacrum Ordinem, eſt ab eo ſuſpenſus. p. 509.

Dimiſſoriæ ad Græcos Epiſcopos non ſunt dandæ Latinis. p. 516.

Dimiſſorias impetrans petat ijs inſeri facultatem diſpenſandi in interſtitiis. p. 513. n 4.

Dimiſſorias dare poteſt, qui & ordines conferre. p. 520. n. 1.

Dimiſſorias ad alienum Epiſcopum non poſſunt dare Prælati ſuis regularibus. p. 520. n. 2. Niſi diœceſanus abſit, vel non ordinet. p. 521 n 4. Quod in Dimiſſoriis exprimendum. ibid. Vel ſpeciale habeant privilegium, ut fere exempti. p 521. n 5.

Dimiſſorias ſecularibus ſuis ſi dent Prælati, ſunt ſuſpenſi ab officio & beneficio. p. 521. n. 4.

Dimiſſorias an & quomodo dare poſſit Vicarius? p. 520. n 2. An & quomodo Capitulum ſede Vacante? p. 520. n. 3. p. 577.

Dimiſſorias dare poteſt Epiſcopus ſuſpenſus. p. 522. num. 8.

Dimiſſoriæ quid? p 570. n. 3. Quomodo differant à teſtimonialibus, commendatitijs & formatis? ibid.

Dimiſſoriarum defectus ſuppleri ab ordinando non poteſt per Iuramentum. p. 571. par. An per legitimos teſtes? n 2.

Dimiſſorias ſine conſenſu Epiſcopi dare non poteſt Archidiaconus. p 577.

Dimiſſorias dare non poteſt Vicarius niſi ex ſpeciali commiſſione Epiſcopi. p. 520. n. 2. p. 596. n. 1. Vel Epiſcopo in remotas partes abeunte. p. 520. n. 2. Quo tamen caſu ſpectanda conſuetudo. ibid.

Dimiſſoriæ an expirent per mortem concedentis. p. 627. n. 7.

Diœceſis.

Diœceſis una pro alia ſi ponatur in Reſcripto ad lites, poteſt contra illud ut obreptitium excipi. p 133. n. 1.

Diœceſis nomine non comprehenditur in odioſis civitas Epiſcopalis ſeu Cathedralis. p. 138. n. 4. Nec loca exempta. ibid.

Diœceſis unius unus tantum poteſt eſſe Epiſcopus. p. 719 n. 2.

Diœceſanus.

Diœceſani an in loco exempto obligentur legibus ſui Epiſcopi. p. 60. n. 5.

Diœceſanorum nomine in odioſis non intelliguntur Exempti in diœceſi ſed in favorabilibus. p. 138. n. 4.

Diœceſana Lex V. Lex.

Diſciplina.

Diſciplinæ Eccleſiaſticæ nervus eſt Cenſura. p. 180. n. 2.

Diſciplinæ Eccleſiaſticæ contraria conſuetudo non valet. p. 180. n. 2. 3. p. 183. n. 2. & 3.

Diſciplinam Eccleſiaſticam conſeruare poſſunt Epiſcopi & Prælati ſuis moribus & ſcientiâ. p. 249. n. 2. Si collabatur in Monaſterijs, plerumque id fit vitio Prælati. n. 3.

Diſciplina potius quàm temporalia ſunt ſalus Monaſterij. p. 335. n. 3.

Diſcordia V. Electio in diſcordia.

Diſcordia, in qua fit Electio, poſtulatio, &c. quid ſit? p. 416. n. 1.

Diſcordias parere ſolet Iuriſdictionis communio. p. 630. n. 1.

Diſcordia ſi ſit inter duos arbitros, aſſumere ij debent tertium. p. 665. n. 2.

